



R VFFI FESTI AVIENI

V. C. HISPANI

OPERA QVAE EXTANT

I. DESCRIPTIO ORBIS TERRAE	Pag.1
II. ORAE MARITIMAE	Pag.26
III. ARATI PHOENOMENA AVIENO PARAPHRASTE	Pag.39
IV. FABVLARVM LIBER	Pag.75
V. EPIGRAMMATA VARIA	Pag.90



C O L L E C T O R habet facultatem
imprimendi, & Regium Diploma, in quo
ita cavetur; atque etiam inducuntur poe-
niae in eos, qui citra D. PETRI MELIAN,
hoc Volumen Typis evulgaverint. Datū
Madridi, Pridie Kal. Iunias. Anno

cic. ipc. xxx. iii.



Respondet Autographo

Licentiatus Franciscus
Murcia de la Llana.



Aestimatur unumquodq; Folium, quibus
constat LIBER, quatuor & dimidio
aereo dipondio, seu Maravedino.



SENECA

Epist. ITINERA LXXXIV.

NEC scribere tantum, nec tantum
legere debemus. altera res contrista-
bit, & vires exauriet: de *stile* dico, altera
solvet, & diluet. Invicem hoc illo com-
mutandum est: & alterum altero tem-
perandum: ut quidquid *lectione* collectum
est, *stilus* redigat in corpus. Apes, ut ajunt,
debemus imitari, quae vagantur, & flores
ad mel faciendum idoneos carpunt; dein-
de quidquid attulere, disponunt, ac per fa-
vos digerunt: &, ut VIRGILIUS No-
ster ait,

liquefacta mella
Stipant, & dulci distendunt nectare cellas.





DON PETRVS MELIAN
DOM. D.LAVRENTIO RAMIREZ
DE PRADO VIRO CLARISSIMO:
MILITIAE S.IACOBI SIGNIFERO EQVITI:
POTENTISSIMI PHILIPPI IV. HISPANIARVM
REGIS IN SVPREMO INDIARVM SENATV
PACIS, BELLIQVE:
AC IN S. CRVCIATAE AD SESSV
CONSILIARIO:
DIRIMENDIS IVRISDICTIONIS DISCEPTA-
TIONIBVS INTER SELECTOS ADLECTO:
AD LVDOVICVM XIII. FRANCORVM REGEM
Ex-LEGATO PRUDENTISSIMO:
BONARVM OMNIŪ LITTERARVM CORYPHAEO:
INGENIORVM MECOENATI, ET SVO:

S. P. D.

 V M tuum aliquando (Illustris-
sime Senator) ut saepe soleo, Mu-
saeum incolerem (verè quidem
Apollinis, & Musarum cubile,
abditioris, politiorisq; litteraturaē monu-
mentis usque ad voluptatem instructū, &
opulentū) rapuit oculos Libellus, cui EPI-
GRAMMATA ET POEMATA VETERA erat
Titulus. Desumsi, ac veluti ex vernāte, to-
A tius-

tiusq; Naturae opibus luxuriantē Hyblā,
florem decerpī. Erat inter alios Ruffi Fe-
sti Avieni unus; *De situ Orbis terræ*: & alter,
De Oris maritimis exaratus Tractatus; uterq;
à me jam diù frustrà desideratus. Legi ita-
que avidiūs, & Hispani hominis, & Hispania-
iae nostrae Geographiam referentia car-
mina, ex imâ vetustate eruta; sed iam penè
diruta, vel injuriâ temporum, vel librario-
rum incuriâ. & dolui tam depravatū, mu-
tilum, ac deformem Orationis cōtextum,
ut post sudoris aliquid, & olei, vix quidem

1 Gunthe.
lib. 4 vers.
615.

¹ *Paucula de multis tenui suscepimus aure.*

Ea rerum humānarum infirmitas, ea vetu-
statis vis: nihil est, quod non conficiat, non
consumat. Neque ipsa quidem ingenii mo-
nimenta, litteris, Musarum beneficio, cō-
mendata, citraque omnem téporis aleam
duratura, adeò libera immortalitati relin-
quit, quin exedat, abrodat. Etenim quan-
doque.

2 Virgili.
Aeneid. 2.
vers. 692.

² *Inclémentia*

Hæc evertit opes.

Nec mirū fortassis. quid enim verba, quid
membranarum cuivis in uria obnoxia in-
fir-

firmitas contrà valeat, ubi adamantino ro-
bore cōstantes silices edacem Temporum
invidiam, nullo pacto declinent? Rectè
Flaccus:

¹ *mortalia facta peribunt;*

¹ In Arte.

Nec dum sermonum sicut bonos, & gratia vivax.

Exploratā igitur, ac deploratā Avieni rui-
nā, quid agendum esset, dubitavi. Detine-
bant me quippe tanti Viri nō contemnen-
da Studia, & Diligētia, à qua, veluti ad un-
guem facto compendio, universum diue-
tiri Orbē, Maria, Flumina, Terrae Regio-
nes, Populos, Gentes, omniumq; Nomina
cognoscere, haberemus in promtu. Multa
etiam, quae ille perpesus, dum, vel solā alio-
rum traditione cōquireret, quae Posteri-
tati unus exponeret; ut facile in comper-
to esset.

² *quaecunque notum gens imajacentem,*

² Calpu-
nius Eclo-
ga 1.

Erectumque colet Borēam, quaecunque, vel Ortū,

Vel patet Occasu, Mediōve sub AEthere fruct.

Et Orae maritimae, etiam non navigantibus,
sine ullo dispendio viserentur, Terraque
omnis in notitiam veniret:

³ *pelagi lustrata corona,*

³ Manilius
lī. 4. Allo-
no.n.

Cingentis medium liquidis amplexibus Orben.

Caeterū magis, ac magis instabat, praeter Operis utilitatē, in tanta vetustate stylus commendabilis, & decorus. Vetera enim,
¹ Institut. Orat. lib. 1. cap. 6. inquit ¹ Fabius, *majestas quaedam, & ut sic dixerim, Religio cōmendat.* Et certè, ut etiam ² Cicerō: *Quis est, quem non moveat clarissimis monumentis testata, consignataque Antiquitas?* Plerisq; tantus ejus est amor, ut, ad insaniam corrupti, nihil laude dignum putent, nisi longa Antiquitatis intermissione submotū: quod
³ Horat. II. 3. epist. 1. Lactant. li. 2. c. 8. Tacitus, sive Quintil. in Dialog. de Orat. Gel. Noct. Atti. lib. 1. c. 10. ⁴ Lib. 6. c. epist. 2. 1. Pyndar. Olymp. o. de⁹, quidem alii ³ viderint. Ego verò, ut cum Plinio ⁴ loquar, *Sum ex his, qui mirer Antiquos; non tamen ut quidam, temporum nostrorum ingenia despicio.* Imò cùm vetus vinum laudaverim, monente ⁵ Lyrico, recentium Hymnorum flores amo. Post dubiam igitur animi cunctationem, in eam me contuli sententiam, ut Avienum, si quâ possem, medelâ adjutum, vulneribusq; si non sanatis, allotis saltem, & compositis, praelo denuò excussum, novâ luce condonarem, ne totius rei jacturam subirent eruditio[n]is Amatores: vel ut hoc ipsi debeant; vel ⁶ *qui ambi pulchrum in primis videtur, non pati occidere, quibus aeternitas debeat.*

Quis

Quis verò, aut unde iste fuerit Avienus,
apud paucos invenio, nec illis etiam firmū
aliquid. *Hispanus* quibusdam visus est, ut te-
statur Crinitus de Poëtis Latinis lib. 5. cap.
80. & Gyraldus in eadem Historia Dial. 4.
Laurentius item Beyerlinck in Theatro
Vitae Humanae tom. 6. verb. *Poëta*, pag.
471. col. 1. C. quod Avienus ipse videtur
innuere, dum in Libello de *Oris maritimis*
svym appellat Mare, quo Hispana ora ab-
luitur: sic vers. 83.

— *ut gurges sit NOSTRI Maris*
Longè explicetur, est Atlanticus sinus.
Hic Gadir Vrbs est, dicta Tartessus prius.
Hic sunt Columnae pertinacis Herculis.
Et rursum vers. 180.

— *Si quis ad NOSTRVM Mare,*
Malacaeque portum semitam tetenderit.
Clariùs id asseverat M. Maxim. in Chron.
ad An. Chr. 460. quem sequuntur Vasaeus
in Chron. ad An. Chr. 315. Morales lib. 10.
cap. 34. Daimian. à Goës in sua Hispania ad
Pet. Nōnium; Matamoros lib. de Academ.
Mariana lib. 4. c. 15. quos refert Bivarius
in Cōmentariis ad Maximū, doctis sanè &
laboriosis, quamtotiùs in lucem edendis..

Flo-

Floruit aetate Theodosii Imperatoris, ut
ex Divo Hieronymo facile colligimus, qui
in Commentariis super Epistol. ad Titum cap. 1.
cū Arati verba à Paulo usurpata, exponeret
Hemisticium, inquit, *in Phaenomenis Arati legitur,*
quem Cicero in Latinum sermonem transtulit, & Germanicus Caesar, & nuper Avienus. Vnde id
constare affirmat Gyraldus, & Ioannes
Vossius *de Historicis Latinis lib. 2. cap. 9.* aper-
tèq; possumus adstruere ex Macrobio, qui
cùm ad ejusdē usq; Imperatoris tempora
vixerit, suorum Saturnalium *lib. 1. cap. 4.* &
sequentibus, Dialogi interlocutorē, Avie-
num inducit. Resque confirmari potest ab
eodem Fabularum Libello, Theodosio di-
cato. quod, ad id, argumentum petit etiam
Isaacus Nicolaus Neveletus in principio
Notarum ad Avienum. Licet Crinitus, si-
bi argumenta nō deesse, crediderit, quibus
Avienum Diocletiani Imperio referen-
dum existimet.

Prae caeteris audiēdus est M. Maximus,
Locū & Tempus, quibus floruit, designās,
dum ait: *In regione Oppidana, & in Oretania*
Hispaniae floruit olim sub Castino Episcopo Toleta-

ⁱ Sic legit
Carus.

no Ruffus Magnus Festus Avienus, qui scribit de Oris Hispaniae, & Situ Orbis, vario Carminum genere. Vbi mendosè Castino invenitur scriptum. Is enim usque ad annum CHRISTI 450. Cathedram non ascendit, ipso Maximo teste : confirmat idem, dum inquit: Olim floruisse, ejus mentione facta, Anno CHRISTI 460. quo sanè loquendi modo, non significatur tantum, decem Annorum spatium intercalare ab anno 450. usque ad 460.

At *Majorino*, legendum ducerem, ni annus apud Iuliani Chronicon reclamaret, num. 216. ubi refert anno CCCCXXXVI. *Majoranum*, seu *Majorinum* in Sede Toletana successisse Isichio. unde pro *Castino* substituendum reor, *Audentio*, seu *Gregorio*, Tolestanis Pontificibus, qui Theodosio Magno coaevi fuerunt.

Nec precariis documētis jam opus. Extant domi etiam majora, nobilioraque, quam aliunde eveniri, exquirive possint. Cūm ergo anxium me aliquandiù, verique indagandi sollicitum cognovisses, Ipse uno verbo, & sudores ponere, & rem palam acci-

accipere , jussisti : ut non modò Avienum
(omni submotâ lite) Hispanum agnoscere ,
verùm etiam de Patrio eius solo , de Religione ,
deq; Sepultura , & de Praesule , sub quo obiit ,
magnis appellatis testibus , affirmare pos-
semus . Ex Adversariis enim Luitprádi , Ti-
cinensis Diaconi , diligentiâ tuâ invétis , &
illustratis , jamque communí bono in lu-
cem brevi tempore prodituris , assignato
loco , sub nu. 205 . haec legere admonuisti :
*Obiit Ruffus Festus Avienus , Vir Catholicus , & His-
panus , Civis Eborensis , in Hispaniae Carpetania ,*
[nos dicimus Talavera de la Reyna] codem &
anno & die , quo Sanctus Augustinus ascendit ad
Coelos , in sua Civitate sepultus est , præsente * Ma-
jorino , Toletano Archiepiscopo , in Aede Sanctae
Leocadiæ . Ecce profectò ea , quae suprà ad-
duximus testimonia , ex Luitprando fidem
accipiunt ; eademq; ipsa , Luitprando sup-
petias , & robur allatura , conveniunt . Cùm
enim D. Augustinum floruisse constet cir-
ca Annum Domini ccccxx . cuius anni ipse
meininit in Epistola ad Isichium ; & ex D.
Prosperi Chronico appareat , Honorio
imperante , obiisse Anno salutis ccccxxxiii ,
satis

* Isichio
forte repo-
nendū ex Iu-
lian Chro-
nico num.
316.

satis comprobari videntur, quae de Avieni temporibus observavimus; Theodosii nimirum aetate vixisse; quâ etiam S. Hieronymus, ut ipse de se testatur in libro de *Ecclesiasticis Scripturis* extremo. qui obiit Anno ccccxxii. ut Prosper; vel Anno ccccxx, ut Baronius scriptu reliquit. Descendat iterum in arenam Luitprandus, qui in iisdem Adversariis num. 204. testatur, Flavianum Viruīn fuisse doctissimum; cui varias Epistolas scripsisse Symmachum cōstat, & eidem asserit librum de *Stellis* inscripsisse Ruffum Festum Avienum, & sub Theodosio floruisse. verba sunt: *Vir doctissimus Flavianus ad quem scripsit Symmachus, & cui inscripsit Festus Ruffus Avienus librūm de Stellis. floret sub Theodosio; ad quem misit Symmachus Genitilis, gentilem Panegyricum, quem composuit in laudem Theodosii Iunioris, habitum in Senatu.* Vnde congruum est Avienum eodem, quo Augustinus, die, fato functum: undecim vide licet, vel decem aliās, & tribus annis, Hieronymo superstitem perdurasse.

De vera tamen ejus Nominis ratione, satis apud Vossium in quaestione positū est.

B

Tra-

Tradit namque & *Avicenum*, & *Avianum*, seu
Abidnum, ut etiam *Gyraldus* notat, à diver-
sis appellari; *Anianum* ab aliis . sic laudatur
ab *Accursio* Auctor *Fabularum* in §. de illa
santè, vers. *Nam* & *ita*, *Instit.* de *Societate*, verb.
Partem; quem minimè sibi notū *Antonius*
Faber eodem loco fatetur:

¹ Virgili.
Aeneid. 3.
vers. 415.

¹ *Tantum aevi longinqua valet mutare vetustas.*
Vt cumq; tamen Nominis sit, Poëta fuit eru-
ditus, & elegans (ipsius Criniti verba usurpo)
Secundas fert Gasp. Barthius lib. 46. Ad-
vers. cap. 16. sic inquiens: *Multa nō tam bona,*
quād optima, vel & optimis meliora, nobis sappedi-
tant Poëmata Ruffi Avieni, Scriptoris luculentissi-
mi, Poëta verò ad eò excellēti spiritu, ut non nunquam
se se ipsum vix videatur capere: ubi aliquos ejus
locus illustrat. Et illud minimè dubiū est,
eum magnâ doctrinâ, ac multiplici rerum
scientiâ praestitisse.

Quod verò attinet ad ejus scripta ; Ser-
vius in *Virgilium*, *Aeneid.* lib. 10. vers. 388.
Avienus, inquit, *totum Livium jambis expreſſit*.
Arati opus ex Graeco tranſtulit in Latini-
num, summâ elegantiâ, & proprietate, in
qua, nec ipſo Cicerone inferior ab erudi-
tissi-

tissimo Dionysio Petavio in Systemate de Sphaera, variis dissertationibus; & Iosepho Scaligero in Notis ad Manilii Astronomicon, locis innumeris demonstratur. Hic etiam Librum *de Situ Orbis Terrae*, imitatus Dionysium Graecum Poëtam, ut Crinitus docet, Exametro versu composuit: non vero, ut Gyraldus, (alienae laudis aliquando parcissimus) Dionysii versus ex Graecis Latinos fecit. Adstipulatur Crinito idem Gaspar Barthius d.lib. 46. Adversar. c. 16. In translatione Dionysii se ipsum tantus Auctor sapientius, quam Auctorem suum sequitur.

Quod profectò utriusque Opus inspiciēti erit palam, ut fuit nostro Bernardo Aldrete, qui in eleganti suo, eruditoque tractatu *De variis Hispaniae Antiquitatibus lib. 1. cap. 23.* cum Phoeniciam delinearet, advocatâ prius Dionysii sententiâ, alterâ Avieni subnectit; similemque ex imitatione profitetur, & idem lib. 3. cap. 18. & alibi saepissime, ubi discrimen inter utrumque Poëtam, & Poëma, minimus est labor agnoscere.

De *Oris quoque Maritimis Libellum alte-*

terum jambicis exaravit ; intactum Opus Latinis ingeniis, teste Crinito , tantaeque difficultatis, ut, diu , multumq; sibi elaborandum fuerit in eo absolvendo.

Aesopicos praeterea *Apologos* Elegiaco Carmine composuit; & ut alii Virgilianas etiā Fabulas jambico complexus est ; quamvis sunt, qui negent; licet veteres illos esse cōcedant, & Christiani Auctoris: quippe qui redolent Christianum stylum , judice & censore Barthio lib.19. Advers.cap.24. & paribus ferè tibiis succinente Neveleto. Hos, inquā, *Apologos*, nostro jam olim redditos idiomate, habemus, iussu beneficioq; Infantis Aragoniae & Siciliae , Domini Enrici ; Ducis etiam *de Sogorbe* , Comitis *de Ampurias*; nunc verò tanquam Monimenta Antiquitatis Hispaniae illos meritò suspicimus, & veneramur.

Alia etiam *Epigrammata* scripsisse constat, quae ad Operis calcem addere curavimus, & inveniuntur excussa in *Veter. Poëmat.* lib.4. Quorum altero, *Sirenum Allegoriam* eleganter prosequitur; altero, *Malo-granata* describit, & sibi mitti petit à *Flaviano* ; & ul-

ultimo , de *Vita Rustica* monet Amicos . Quod Carmen inter Martialis Epigrāmata lib. 4. numero 90. passim excuditur : sed tanquam spurium, & aversis Musis natum, tantoque Poëtā indignum, praeēunte Iano Grutero suo, Petrus Scriverius expungit, pungitque alios ; nasutus ipse , nimisque emunctae naris, & probè sciens inter sues, & catus odorari, quasi se unum spurcites latere non potuerit, ut olfactum morsus pari facilitate, & praestantiā subsequatur . Vnde cum Plauto rectè quisquam dixerit :

Canem esse hunc quidem magis par fuit.

Cōplures tamē docti extat Viri, qui Martiale non indignum Carmen crediderunt; quod Avieno, V.C. ingenioso , nobiliisque Poëtae adscribi , ipse patitur Scriverius. Sunt, qui putent , hujuscē Ruffi esse *Epitomen Rerum Romanarum*, quae multorum manibus teritur , Valentiniano Imperatori oblata; favetque Volaterranus lib. 19. *Anthropologiae*, littera R. eos taxans , qui in ejus titulo *Sextum* pro *Festo* malē scribunt . Ex qua parum utilitatis capere possumus , levī enim brachio videtur exarata, & ut ipse Ruf-

Ruffus ingenuè fatetur, more Calculonum
se gessit, qui ingétes summas aeris, brevio-
ribus exprimunt, & notis. Non tamen eū-
dem esse Auctorem, ac Nostrum automo;
alia enim Mens, aliis Animus, & Genium
aliud Avieno, & alteri Ruffo, qui etiam, si
Philandro fides adhibenda est, *Descriptionem*
illam Vrbis Romae, usque adhuc Publii
Victoris nomine circumlatam, delineasse
fertur; suffragante itidem ad id Magno Ca-
rolo Sionio in judicio de Historicis La-
tinis.

Verùm ut ad me reddeā, hujus transcri-
bēdi, vulgandiq; Opusculi, leve fortasse, &

<sup>• Ex Tere.
Lipf. deper.
secta proua
tit. cap. 4</sup>
<sup>1. LIB. 5. 8.
PL. 8.</sup>
<sup>1. Fronto exile negotium,
Et dignum pueris putes.</sup>

Fateor equidem; sed quod nō nostrum ab-
horreat institutum, Bonarúmve Litterarú
studiosos poeniteat. *Sunt enim*, ait ² Plinius,
homines natura curiosi, & qualibet nudarum
cognitione capiuntur, ut qui sermunculis etiam, fa-
bellisq; ducantur. Neque mihi notandi sunt,
qui, ne otiosi viderentur, doliolum volue-
re, otiumq; ipsum sine otio terere consti-
tuunt. Ex quibus ego sum, qui, ut poenæ
eva-

evaderem Solonis lege fancitas, & Romae
etiam, si cuius otio periret dies, lui solitas, A-
vieno manum admovi, curainq; vulgandi
Hominis penè abstrusam, doctrinâ alio-
qui pollutem industriam, memoriamque
profundâ abolitione oblitteratâ instauran-
di suscepi. Malui quippe quicquam, etiam
leve agere, quam nihil. Nec me profectò
eorum césura deterruit, qui futile omnino,
ne dicam prohibitum, *Humaniorū Litterarū*
studium Iuris Professoribus asseverat: quod
ad illorum morem referendum existimo,
qui bonas Artes, in quibus nihil ipsi profi-
ciant, libenter insectantur, & *in Litterarum*
delicias, ut ² Budaeo assentiar, *petulantissimè*
débacchantur: quasi verò non mirè ad Iuris-
prudentiam ejusmodi negotium condu-
cat; ut ³ tetricam saltem, & horrentem *Iuris Syl-*
lam, quam etiam ⁴ *Pratum spinosum* Iustinia-
nus appellat, amoenioris, politiorisq; lit-
teraturae flosculis illustremus, quemad-
modum ostendunt, asseruntque Eruditi.
Mihi verò etiam si res esset minus mani-
festa, Ipse quidem Tu in testimonium ve-
nires, qui altissimam Iuris nostri nactus

¹ Pet. Cris-
nit. de' ho-
nestis disci-
pli. lib. 2. c.
^{12.} Alexá.
ab Alex. ge-
nial. lib. 3.
c. 13. Gelli.
lib. 4. c. 13.
Petr. Greg.
Syntax art.
mirabi. lib.
40. c. 24.

² In mot. ad
l. 1. Dedecc
trah. emtio.
& vend.

³ Alctat. to
pref. com-
mentar. ad
Rescr. Prin
cip.

⁴ L. 1. s.
nulla, C de
veter. Iur.
enach.

cog-

cognitionem, in qua nemini secundus, magna Hispanorum gloriâ, celebraris. *Humani*
niores etiam Litteras, magna itidem quâdam
foelicitate professus, nihil non mirandum,
legendum, ac diligendum, pulchrâ Rerum,
& amoenâ eruditionis varietate perfec-
ris. Vnde illam apud omnes laudem affec-
tus es, quam tulit,

qui miscuit utile dulci.

Ad Te igitur, Vir ornatissime, mitto Avienū Tuum; nec mitto, sed ipse it ad Domi-
num: non Donum, cùm neque meum; non
do, cùm reddo. Nam si Stoici sententiâ,

¹ Séneca
lib. 3. de Be-
nef. c. 19.

¹ *Munus est, quod quisque dedit, cùm illi liceret, &*
non dare; dicendum reor cum ² *Papiniano*
nostro, nihil dedisse videri, qui, quod dedit,
omnino reddere debuerat. Nec alium illi
in lucem prodeunti, Patronū Tutelarem,

ne Te ipsum quidem, eligere meum erat.
Non enim, eodem I.C. teste, facultas necessariae
electionis, propriae liberalitatis beneficium est. Ta-
metsi verò, & meus ille esset, & mihi asse-
rendi Patroni facultas, & jus; nullum pro-
fectò alium ipse diligēs Orbis Explorator
Avienus inveniret, cujus auspiciis, hujus
cre-

² L. unum
ex familia
67. s. si de
Falcidia,
D. de leg.

crederem incolumentem, nisi Te, qui alterum Orbem, Occiduis postremi Oceani fluctibus diffinitum, humeris, Secundus Atlas, primoque validior, & sustentas, & summâ dexteritate moderaris; remotasq; illas Gentes Imperio regis; Sapientia diriges; Eloquentia trahis; ac demum Integritate morum formas; hisq; omnibus illustras; velut Indos solet suo

¹ ————— lumine montes

Orta dies, cum primùm alto se gurgite tollunt

Solis Equi, lucemque elatis naribus efflant.

Aeneid.
11.12.vers.
223:

Longa hic & ardua aggredienda est via, si omnes, quibus Natura Te, vel Virtus venerandum effecit, dotes excurrerem. Instabat Genus Veteri Nobilitate clarū; Ingeniū, acumine subtilissimo; summum Studium, Disciplinarum omnium congerie rarum, ac mirabili quadam facundiae vi exultū; melleque suavissimo profluens alloquium, quod Nestore melius, digniusque

² ————— regit dictis animos, & pectora mulcet.

Innata praeterea Humanitas, quā Te, omnibus Tuae ditioni addictis facilem praebes; notissimaq; Animi Clementia, toties, ac toties

C Ins.

Aeneid. 11.
vers. 223.

¹ Horatius
Carm. lib.
3. Od. 1.

In signe moestis praesidium reis.

Magna utraque Virtus in quovis Iudice
commendata²: at naturali Tibi quodam
munere insita, quâ placidus, & comes cen-
seris; illustrior, chariorque evadis. Quid
plura? Certè quae singula exornare quem-
libet possent, dignumque reddere celebri-
tate, immortalique memoriâ,

³ Claudio.
lib. 1. de lau-
dib. Stilic.

*In Te mixta fluunt; & quae divisa Beatos.
Efficiunt collecta tenes.*

Quae tamen omnia, ut dignè prosequan-
tur, aliud, vel tempus, vel ingenium, expos-
cunt; mihi illud breve; hoc exiguum. Tu
verò PRATVM amoenissimum, ubi Musa-
rum deliciae insunt, & vigent; ubi totius
Veris opes; ac demum:

⁴ Stat. Pa-
p. 1. Sylva.
lib. 2.

*varias ubi picta per artes:
Gaudet humus,*

Avienum Tuum suscipe, & fove. Neque
aptius quicquam excogitari potuisse cre-
diderim, quam surculum vetustate absum-
tum, & omni humore destitutum, imò ipsâ
annorum carie confectum, foecundissimo
PRATO inserere. Praefstat quippe Soli foe-
cun-

cunditas, ut vitiata jam semina, & quibus
exhausta virtus seminalis est, meliori velu-
ti resumto spiritu, succo que viridiore pau-
latim tumescentia, in novum tandem ger-
men erumpant, & usque ad luxuriae ambi-
tionem, foliorum amoenitatem effundat.
Novit maxinus Agricola ⁱ:

*Infoecunda quidem, sed laeta, fortia surgunt;
Quippe solo Natura subeft.*

ⁱ Virgili.
Georgi. 2.
vers. 48.

Sic Avienus, vitâ olim functus, à Te habet,
quod vitales iterum spirat auras; quod lu-
ce fruitur meliori: quod ejus doctrinâ

² *Sic semina fccca virescunt,
Iam mortua, jamque sepulta.*

² Aur. Prū
dēt. Catho-
mer. hymn.
10. vers.
130.

Excipe, inquam, & quantumvis in majoribus
occupatus, aliquando lege. Neque enim, ut
Tullius ³ ait, *rerum gubernandarum dignitate*,
Homines efferri ita convenit, ut otio non prospiciant.
Digniora oportebat, & vellem quidem,
mensae tuae apponere obsonia, poma que
recenti manu deponita, & novo turgida
succo, dulcedinem, odoris admixtam sua-
vitatem, referentia; sed ⁴ *agellus noster minor est,*
qui vilioribus solūm olusculis luxuriet. Nisi for-
tè Antiqua, quia intermissa sunt, gratiam,

³ In Orat.
proSextio.

⁴ Alciatus
Epist. ad II.
1. Dispunct.

<sup>Cicer. in
Oratore.</sup> novitati similem parēt; vel nova etiam vi-
deri dixeris. quae cùm pervetera sint, in-
cognita tamen, & inaudita plerisque. Vale
mi Mecoenas, & in Patriae, Tuorumque
gloriam vive. Madridii Kal. Augusti. Anno
1616. Iac. XXXI.



R V F F I F E S T I A V I E N I
D E S C R I P T I O
O R B I S T E R R A E.

QVÀ protentajacent vastae diuortia Terræ;
Et quà præcipiti volvuntur prona meatu
Flumina per terras, quà priscis inclyta muris
Oppida nituntur. Genus hoc procul omne animantū;
Quà colit Aönii peraget stylus impiger oris.
Ardua res, Musæ. Deus, en. Deus intrat Apollo
Pectora, fatidicae quatiens penetralia Cirrhae.
Pierides, toto celeres Helicone venite.
Concinat & Phœbo vester Chorus, Oceanumque
Carminis auspicium primum memorate, Camoenac.
Oceaninam Terras alio præcingitur omnis,
Parva ut caeruleo caput effert insula Ponto:
Nec tamen extremo teres est sinus undiq; in Orbem,
Quà colitur Populis, quà tellus paret aratro;
Sed matutino quà Coelum Sole rubescit,
Latior, * accisi curvantur cespitis arva,
Caetera protentus. Tria sunt confinia Terræ
Vnius: est primum Libyæ, Europæque, Asiaeque.
Aequore ab Hesperio quà se salis insinuat vis,
Terrarumque cavis inlabitur arduus Atlas.
Quà juga celsa tument, Libyæ sese explicat ora.
Einis huic Gades, septenaque gurgite vasto
Ora procul Nili. Phariorum hic gleba recumbit,

* F. Accisi.

Et

RUFFI FESTI AVIENI

- 25 Et Pelusiaci celebrantur templa Canopi.
Europaeq; dehinc laevum est latus, & procul ambas
Vna Asia inclinans, geminis se cornibus urget
Desuper, ac rupti Divortia continet Orbis.
Europam, atque Asiam Tanais disternit amnis.
- 30 Hic se Sarmaticis evoluens finibus, arte
Scissus Araxeo prius aequore, jam suus unda
Effluit in Scythiam: procul hinc Macotida Tethyn
Intrat, & inserto freta pellit vasta fluento.
Ismaricique riget semper flabris Aquilonis.
- 35 At quæ piscoi gurges strepit Helleponi,
Vis obliqua Sali tepidum procumbit in Austrum,
Terrarumque trium modus est Mare, donec in altis
Ora procul Nili latè Thetis effluua serpat.
Altera pars Orbem telluris limite findit.
- 40 Cespes terga jacens Asiae succedit in Oras,
Immensusque modi protenditur. hic latus arctans,
Caspia contingit facta desuper, atque tumenti.
Proximus Euxino est. Asiam conterminus iste,
Europamque secat. Tellus se-se altera in Austrum
- 45 Porrigit, insertoque Sinus interjacet agro.
Nam Sinus hinc Arabū, Sinus hinc Aegyptius unda
Aestuat, & Libycis Asiam discernit ab Oris.
Sic diversa fuit sententia, ritè quis Orbi
Limes haberetur. Totum hoc circumlatrat Aestus,
- 50 Et Maris infesti moles ligat. una furenti
Natura est Pelago, Pelagi sed nomina mille,
Acquor ut innumeris Terrarum admoverit Oris.

Quā

Quà se blanda satis intendunt flabra Favonl,
 Hesperium Oceano Mare Terras intrat ab alto.
 Axe Lycaöniae rursum facis; atque ubi dura
 55 Belligeratores nutrit Tellus Arimaspas.
 Nominé Saturni latè jacet Aequoris unda.
 Hic densata Sali stant marmora, pigraque Ponti.
 Se natura tenet, nunquam ruit effluus humor.
 Mortuus hic Grajo perhibetur gurges in usu.
 60 Denique quām lento stupeat Plaga Salsa profundo;
 Vol quām Sole carens, pars Orbis tetra rigescat.
 Vix hebes has Oras ardor Titanius adflat.
 Vix eucta Dies illuminat, omneque latè.
 Pingue tenebrosa Coelum subexitur Aethra.
 65 At quā prius Dies rutilo sustollitur Ortu,
 Aureus, & tremulas latè rubor inficit undas.
 Eōn Pelagus, Fretæ dicunt Indicæ. Ponti.
 Propter Erythræi tenduntur dorsa profundi,
 Aethiopumq; Salum. diffunditur hic * notus; Aethræ. Notus.
 70 Vrit, & hic aestu radiorum Phoebus anhelo
 Arva coquit, sterili Regio est; & inhospitable
 Aret Humus, cassaque Solo torrentur arenæ.
 Oceanus sic cuncta vago complectitur aestu,
 Undique sic unus Terras interminus ambit,
 75 Innumerisque Sinus cavat in labentibus undis:
 Desuper, & multis: celebri sub nomine tantum
 Quattuor insulæ late Sale, terga dehiscunt.
 Primus in Orbe Sinus vasti Maris aequora cingit.
 Gurgitis Hesperiæ proucul hic protensus in Oras,

Fau-

RVFFI FESTI AVIENI

- 80 *Faucibus à Libycis aëstum trahit, atque ubi lactam
Cespite sub pingui pandit Pamphilia glebam,
Deficit, & curva sinuatur littoris ora.
Alter item est primo brevior, majorque duobus.
Hic prolapsus aquas, Boreali fulsis ab alto*
- 85 *Terga procelloso turgescit Caspia fluctu.
Hyrcanū hoc Pelagus pars nominat. hinc duo rursum
Ora patent Ponti: geminus sinus aequoris intrat,
Telluremque cavat, qua se Notus axe tepenti
. Exigit. horum unus vada longè Persica fundit,
90 Caspia conversus procul in freta porrigiturque.
Quartus Arabs, tumet hic rabido per aperta fluento.
Euxinumque salum videt eminus. En tibi rursum
Aequoris Hesperii tractus loquar: istius unda
Lambit terga Soli, quæ se vagus explicat Orbis;*
- 95 *Nam vel caeruleo loca circumpletebitur aëstu, ●
Vel celso dimissa jugo confinia radit,
Moenia vel fusi perstringit gurgite Ponti.
In Zephyrum tellus extenditur, ora que Terrae
Ultima proceras subducit in astra Columnas.*
- 100 *Hic modus est orbis: Gadir locus. hic tumet Atlas
Arduus; hic duro torquetur cardine Coelum.
Hic circumfusis vestitur nubibus Axis.
Et primum ruptas se Pontius Ibericus illinc
Inserit in Terras. caput autem, principiumque*
- 105 *Europæ, & Libya est: mediis infunditur oris.
Inrexitque Salum. Scopuli stant ardui utrinque;
Vnus in Europam; Libyam procul aspicit alter.*

Sic

- Sic deserta freto procera cacumina celsis
 Emicure jugis, sic intrant saxa profundum,
 110 Sic sibeunt nubes, sic Coelum vertice fulget
 Maura Abila, & dorso consurgit Iberica Calpe.
 Gallicus hinc aestus provolvitur. hic super, Vrbem
 Massiliam Gens Graja colit, Ligurumque tumescit
 Aequor. & indomito tellus jacet Itala Regno.
 115 Ausonis haec Regio est, pubi genus ab Iove Summo.
 Quà se flabra trucis Boreae per inhospita Terrae
 Eructant Coelo, Populis caput aenea clarum
 Alba, debinc cautes est terminus. haec Fretum propter
 Trinacriae summo consurgit littoris ora.
 120 Evoluntur item vada fusi caerulea Ponti,
 Insula quà Cýrnus fluctu madet allidente,
 Littoris Ostriferi protendens latius undam.
 Sardiniamque debinc moles circumflua cingit.
 Eequoris, & cano spumant freta concita fluctu.
 125 Hinc Tyrrhenas salis sunt agmina, quà Notus axem
 Humidus inclinat. qua lux se rursus Eō.
 Emergit pelago, Siculi Maris aestuat unda,
 Obliquumque quatit gurges protentior altum,
 Vsque in saxosi Pachyni juga plurimus inde
 130 In Cretam trahitur Ponti tumor : hicque procul se
 Inclinat rupes se se, obvia fluctibus aliis.
 Ingreditur Pelagus Cortynia moenia juxta,
 Ac procumbentis sola propter pinguis Sexti,
 Prona Maris cautes extendit, ut ferus ora
 135 Est Aries, ultrisque minans petit obviu fronte.

D

De.

R V F F I F E S T I A V I E N I

Denique sic olli nomen prior indidit Actas:
Nec minus Italiam cornu prospectat acuti
Littoris, & rapidi perflatur lapygis ortu.
Hinc se rursus aquis Adriatica marmora fundunt,
140 In Boream Zephyrumque dehinc deflexa parumper.
Hic Sinus Ionius curvatur littoris acta,
Alta petunt rauco penitus repentina fluctu,
Cespitis & geminitellus inrumpitur alto.
Nam quæ caeruleis Pontus se-se inserit undis,
145 Illyris in dextris pandit Regionibus Agros,
Aemathiamque super sulcat genus acre Virorum.
Ausonidum laeva est. hic longo cespite Tellus
Funditur, & veria Populorum pube domantur
Arva Soli. trina haec Pelagi circumtonat unda.
150 Nam quæ se Zephyri sustollunt flabra, profundum
Tyrrheni est Pelagi: quæ se Notus erigit Aethrae.
Sicanum latè fluitat Mare: quæ procul autem
Spirat ab Eois pulcher Regionibus Eurus,
Ionii sunt terga Sali. Sic Itala tellus,
155 Ut circumfusi latus amplum labitur undis.
Efflua post Siculi moles evolutur Altis,
Inque Notum latè vada Ponti caerulea serpunt;
Donec arenosas attollant Aequora Syrtes,
Infidumque rati tenuent mare: Languida quippe
160 Aequore jam fesso, se-se trahit unda per ambas.
Montibus ab Siculis capit autem prona meatum,
Cretaeisque jugis, vix Syrtes inter oberrans,
Parcior, & tenui praetexens imma fluendo.

Rur-

Rursus ab Idaea Salmonide porrigit Aequor
 165 Se geminum: nautae Farium dixere profundum,
 Quod procùl hinc Casiae vergit confinia cautis.
 Sidoniique debinc latè salis aestuat unda,
 Ißicus in modico donec Sinus ore patescit,
 Aequoris ē nostrī fit terminus: arva ubi latè
 170 Pingua proceris Cilicum versantur aratris.
 Curva Salo forma est: hinc se-se marmora Ponti
 In Zephyrum torquent, ac flexu lubricus errat
 Gurges. ē exeras in labitur unda lacunas.
 Sic virosarum prulixa volumina se-se
 175 Sponte Cerastarum facilis sub viscere curvant,
 Sic spiras crebrò sinuat Draco, sequē vel Orbe
 Colligit inclinans, vel pronis agmina longè
 Tractibus absoluit: stridet nemus undique totum,
 Pestifero afflatu serpens vagus inquinat Aethram.
 180 Haud secus in lapso penetrantur littora fluctu,
 Et rursum Tellus init Aequora: jugis ubique
 Mugitus Pelago est, gemitu loca cuncta resultant.
 Imminet hic latè Pamphilia, subluit illic,
 Vnde Chelidonias in līsum murmurat Aequor
 185 Saepius, ē crebra spumescunt Aequora rupe.
 Terminus hic cautes Patareidis eminet arcis,
 Ac rursum in Zephyrū vada semet caerulea curvant.
 Hic Salis Aegaei tractus tonat, inque Bootis
 Plaustra debinc rapidi flectuntur marmora Nerei,
 190 Saxosis Sporadum saepè obluctantia ripis.
 Non aliud tanta confurgit mole profundum,

R V F F I F E S T I A V I E N I

- Non sic curva Thetis fluctu tumet, extimus olli
In Tenetum cursus, Pelagi caput incipit Imbri.
Cespitis hic proni protendens dorsa Propontis,
195 Flatibus ex Boreae tepidum procumbit in Austrum,
Immensaque Asiae Populos alit ubere Terrae.
Hic arctas inter fauces, atque obvia saxa
Thracius angustas discludit Bosporus oras,
Bosporus Inachiae subvector Virginis olim.
200 Nam vicinasibi stant littora, Terraque parci
Faucibus oris hiat, prona Sinus evomit undas:
Proxima non alibi tantum divortia cernas
Cespitis, hac pecoris dorso sternacis in aquor
Inachis illata est, sic pectus canduit ira
205 Pellicis, & tanto Divam dolor extulit igni.
Illic instabili, fama est, sale saxa moveri,
In ferriique sibi flabris urgentibus oras.
Hic rigidas errare ferunt per marmora cautes,
Et nunc ora soli vastas praetendere rupes,
210 Nunc aperire finum, gemit amplexo murmure Pontus,
Seu quod collifas Tethys indignata per arcus
Saeviat objectis, seu quod brevis exitus undas
Exerat, & strictis eructet faucibus Aequor.
Interius lato Pontus se gurgite fundit,
215 Undarumque procul latus explicat, aurea Phoebi
Quà rota purpureo repetit convexa sub ortu.
Sic obliqua Maris panduntur denique dorsa,
Ut matutinis inclinet Aequor habenis.
Longior aut Boreae concedat gurges in axe.

Pon-

220 *Pontus enim nostra Sinus est amplissimus undae.*

*Hic Asiae ablaeva praecingitur, Europamque
Excipit, aduersaque debinc se Thracius arctat
Bosphorus, et tenui vix panditur oris hiatu.*

At quæ diducto Pontus distenditur aestu,

225 *Et porrecta Mari Terrae juga longius intrant
In Pelagus, tractuque vago sua littora linquunt,
Cespite Paphiaco prodit saxosa Carambis.*

*Alteras cautes similis procul Arctis ori,
Dura pruinofo quæ torpet Taurica Coelo.*

230 *Exerit, et tenta latè premit aequora fronte.
Eminus ista Notum videt, Arctos eminus illa.*

*Porro inter fluctus, ac fusi marmora Ponti
Proxima celorum sic sunt sibi dorsa locorum:
Quamvis vasta Sali moles interfluit arces,*

235 *Vt gemini sit forma Maris. sed brachia Pontus
Finibus Arctois Eöae lucis in ortum,*

*Et quæ prona Dies atris involvitur umbris,
Molliter inclinans, Scythici speciem facit arcus:
At tepidi de parte Noti directitur ora,*

240 *Continuumque jacens rigidi sub imagine nervi
Tenditur. excedit confinia sola Carambis,*

*In Boream vergens. Boreali rursus in Arcto
Ore sinus patulo Maeotidis arcta paludis*

Aequora prorumpunt, Scytha latè Barbarus oras

245 *Incolit, et Matrem Ponti cognominat undam.*

Sola Parenz Ponto, genitrix haec sola fluento est,

Hoc se fonte trahunt vaga Glauci marmora Ponti,

Cim-

R V F F I F E S T I A V I E N I

- Cimmerio prolapsa Sinu. nam Bosporus illic
Cimmerius fauces aperit. circumque, superque
250 Cimmerii, Gens dura, colunt. hic ardua Taurus
In juga consurgit, Coelumque cacumine fulcit,
Verticis & celsis late caput inserit Astris.
Huic, mirante Salo, quondam se se intulit agro
Thessala, & innantem stupuerunt Aequora Cymbam.
255 Sic vasti moles Pelagi interfunditur oras,
Sic se forma Maris toto procùl explicat Orbe.
Nunc tibi tellurem versu loquar. incute docto
Phoebe, Chelym plectro. Musis intermina vita
Permanet, & memori laus semper pullulat Aevo.
260 Indefessa tuae sint mentis acumina, Lector,
Sudorisque mei patulo bibe carmina rictu.
Dulcis in his haustus, meritum grave, gratia propes.
Ergò Solum, Terraeque Libystidis ora per austru
Tenditur, Eöae procul in confinia Lucis.
265 Gades principium est. caput hujus Cespitis autem
Arctius angusto conductit littora tructu,
Oceanique Salum cuneo subit istius orae.
Terminus immensis Arabum concluditur undis.
At latus hoc Terrae diffusius explicat agros.
270 Arvaque tenta patent. hacc pingui Cespite Tellus
Aethiopum est nutrix, qui nigras propter Erembas
Extremi Libyae curvo Sola vomere sulcant.
Et rursum Aethiopes Soli subjecta cadenti
Arva tenent. Sic scissa virum Gens ultima Terrae
275 Incolit; hos adflant rutilae incunabula Lucis.

Hic

- Hic jam praecipitis torrentur Solis habenis.
 Propter proceras Zephyri regione Columnas
 Mauri habitant. his fluxa fides, & inhospita semper
 Corda rigent, trahitur duris vaga vita rapinis.
- 280 Proxima se latè Numidarum pascua tendunt,
 Massaliique super Populi per aperta locorum
 Pallantes agitant. certi Laris inscia Gens est:
 Nunc indumosas erepunt denique rupes;
 Nunc quatiant Campos, nunc Sylvas inter oberrant
- 285 Conjugibus, natisque simul. cibus, aspera glando,
 Omnibus: haud ullis fulcatur Cespes aratro,
 Non his mugitus pecundum strepit. inclita post hos
 Moenia consurgunt Tyriae Carthaginis, illa
 Vrbs Phoenissa prius, Libyci nunc * juris alumna,
- 290 Paci blanda quies, & bello prompta cruento.
 Ast hinc in Syrtim praeceps ruit una minorem,
 Ulteriusque debinc qua Lux se reddit Olympo,
 Major vasta sibi latè trahit aequora Syrtis,
 Infidumque rati Pelagus furit. ardua quippe
- 295 Vndarum moles Tyrrheno cogitur aestu,
 Curvatumque Salum quatit amplio littora fluctu.
 Ecce alia lento prorexit gurgite Nereus,
 Vndaque vix tenuis siccas praetexit arenas.
 Immemor ergò modi semper Natura duabus
- 300 Syrtibus, & classem Sors crebrò caeca fatigat.
 Ambarum medio procerata Neapolis arcem
 Subredit. hanc rursum Gens latè prisca Virorum;
 Lothophagi includunt. durosque Nassonias inde.

Al. ruris

RVFFI FESTI AVIENI

Accipe, queis quondam Populorum examina multa
 305 Versavere solum, multos sonuere per agros
 Balatu pecudes: nunc lati jugera campi
 Et grege nuda jacent, & sunt cultoribus orba.
 Ausonis haec duro vastavit dextera bello,
 Ausonis invicti Gens roboris, una per Orbem
 310 Arma tulit, pubem Latiam ferus horruit Ister,
 Rominas Aquilas Rhodanus tremit, Italidum vi
 Moesta paludi vagos Germania fleuit alumnos.
 Illi caeruleas attingunt Aequoris undas:
 At quæ navigero Tellus discedit ab aeflu,
 315 Innumeræ Gentes, Populorum examina mille
 Arvatenent. hic fata canit venerabilis Hammon,
 Mugit arenosis nemus illuc denique lucis.
 Adstat Cyrene propter vetus, erigiturque
 Vrbs proceræ arces, & Apolline dives alumno.
 320 Marmaridae juxta procul, hic tamen ultima Regni,
 Aegypto inclinant, tergo Getulia glebam
 Porrigit, & patulis Nigretæ finibus errant.
 Protinus hinc Garamas latè confinia tendit,
 Trux Garamas, pedibus pernix, & arundinis usu
 325 Mobilis, at quantum Terrarum interna recedunt,
 Ut procul Oceano Tellus vicina madescat,
 Aethiopum Populos adit ampli Cespitis ora.
 Terminus Aethiopum Populos adit ultima Cerne.
 Post Blemyes mediis succedunt Solis habenas,
 330 Corpora proceri, nigri cute, viscera sicci,
 Et circumviecti nervis extantibus artus.

Hic celeres molles currunt pede semper arenas,
 Nec tamen impressae linquunt vestigia plantae.
 Eminus evolunt hinc se-se pinguia Nili
 335 Flumina, & intenti prolabitur Aequoris unda.
 Hic quæ secreis incidit flexibus agros,
 Aethiopum in lingua Siris ruit: utque Syene
 Caerulus accedens diti loca flumine adulat,
 Nomine se claro Nilum trahit, inque jacentem
 340 Aegyptum fusus, fluctu premit arva marito,
 Fœcundatque solum. procul illic agmina cogit
 In Boream, scisusque vagis anfractibus Aequor
 Proserit, & Ponto septem serus explicat ora.
 Non olli compar quisquam fluit, inclita quanquam
 345 Vndique se totis eructent flumina terris.
 Nilus & immensos ulnam dispergit in Agros,
 Et fœvet in uesto sata Gurgite. Nilus honorem
 Telluri reparat: Nilus freta maxima pellit.
 Hic Asiam ab Libya disternat Axe Favonii
 350 Secernens Libyam, redeuntis Solis ab Ortu
 Disjungens Asiae medio confinia fluctu.
 Nec procul illa Virium Gens incolit, actibus olim
 Quae prior humanas leges, & jura notavit,
 Vomere quae duro, quae longi pondere aratri
 355 Solicitavit humum, quae rectis caedere sulcis
 Tellurem docuit, quae caedens partibus Aethram,
 Prodidit obliquo Solem decurrere Coelo.
 Istius ergo tibi formam Regionis, & Orae
 Expediam versu. blandus praetenditur Aér,

R V F F I F E S T I A V I E N I

- 360 *Prodigus herbarum cespes jacet, aspera nusquam
Culmina consurgunt, Portus cavat ora frequentes,
Quicquid Terra debinc redeuntis sufficit Anni
Tempore, praecunctis stupeas, speciesque, modusque.
Trinaloco frons est, sed latior Axe Boötis,*
- 365 *Luce sub Eōa constrictior, usque Syenen
Tenditur, unde pii volvuntur flumina Nili.
Hic Vrbs est Thebae: Thebae, quae moenibus altis
Præcinxere Larem, Memnon ubi Tithonaeus
Suspectat roseas Auroraे Matri habenas.*
- 370 *Pars quae coëat, discedit ab Aequore, septem
Oppida sustentat: Noti pars vergit in oram,
Et modus est olli Serbonidis alta paludis:
Altera pulsatur genitabilis ore Faboni.
Hic Vrbem posuit Pellaе ac dextera Gentis.*
- 375 *Hic inter celsas latè surgentia nubes
Templa Sinope Iouis adstabant nixa columnis,
Divite saxorum circumvestita metallo,
Auro fulta gravi, niveo radiantia dente.
Nec minus hic Speculae vertex subducitur, ex quo*
- 380 *Cernere sit longè Pallenis intima Terrae.
At quæ surgenti Terræ pars conscientia Phaebo est,
Aggere Murorum Pelusia moenia surgunt.
Gens hic docta Sali, tumido Fretæ gurgite currit,
Inque procellosos lembum convertere fluctus,*
- 385 *Ludum habet, & rauca vitam producit in unda.
Talis forma jacet Libyæ, talique recessu
Ab Zephyro Eōum Tellus incumbit in Axem.*

Istius extenti Sala cespitis undique fulcant
 Gentes innumerae, quae sparsae littore longo
 390 Oceani Australis vada latè caerulea tangunt.
 Et quae multimodi media tellure agitantes
 Arva domant, & quae Tritonidis alta paludis,
 Ut circumfuso Populorum examine, tingunt.
 Nunc tibi & Europa & Ibor latus. haec ubi Terras
 395 Intrant Atlanti vis Aequoris, accipit ortum.
 Vnus utramque Salis fluxus secat, & procùl unum
 Distinet os ambas. eadem insinuatio Ponti
 Europam, & Libyam rapido disterminat Aestu:
 Sed prior illa tamen tepido perfunditur Austro,
 400 Haec subit insanos tergum curvata Aquilones,
 Ambae Asiam rursum simili sub limite tangunt.
 Aequus utrinque modus protenditur: ut simul ambas
 Si conferre sibi quisquam velit, una parumper
 Ut credatur Humus, mediique interflua Ponti
 405 Subtrahat extemplo, quali nux pinea forma est.
 Singula versanti talis succedat imago
 Europae, & Libyae. sic nam latus explicat ambas
 Vnum, & utrinque caput, similis quoq; finis utrinq;
 Sed tamen Hesperii quæ spectant Aequoris undam,
 410 Ambae producto coëunt sibi cespite Terrae.
 Quæ matutinus Sol istas ignibus adflat,
 Latior ambabus species distenditur. unum
 Hoc agili sub mente teras velut obvia habebis
 Caetera Terrarum. Tellus Europa Columnis
 415 Proxima magnanimos alit Aequo cespite Iberos.

RVFPI FESTI AVIENI

- Hi super Oceani Borealis frigida tangunt
 Aequora, & excursu diffusi latius agri
 Arva tenent. Auris nimium vicina Britannis,
 Flavaque Caesariem Germania porrigit ora,*
- 420 *Dumosa Hercyniae peragrans confinia Sylvae.
 Inde Pyrenaei turgescunt dorsa nivalis,
 Gallorumque truces Populi per inhospita Terrae
 Vitam agitant. tum caeruleum Padus evomit antro
 Flumen, & extento patulos premit Aequore campos.*
- 425 *Hic prius Eridani propter nemorosa fluenta
 Fleverunt liquidae lapsum Phaethonta Sorores,
 Mutataeque manus planxerunt pectora ramis.
 Nec procùl hinc rigidis insurgunt rupibus Alpes,
 Nascentemque Diem celso juga vertice cernunt.*
- 430 *Porrò inter cautes, & saxis sonantia Rhenus,
 Vertice quà nubes nebulosus fulcit Atulla,
 Vrget aquas, glaucoque rapax rotat agmine molem
 Gurgitis Oceani, donec Borealis in undas
 Effluat, & celeri perrumpat marmora fluctu.*
- 435 *Quin & Danubium producunt secreta repente
 Barbara, sed discors tamen est natura fluento.
 Abnoba Mons Istro pater est: cadit Abnobae hiatu.
 Flumen in Eoös autem convertitur Axes,
 Euxinoque Salo provoluitur: ora per Aequor*
- 440 *Quinque vomunt amnem, quà se procul Insula Peuce
 Exerit. hinc rigidi quà spirant flabra Aquilonis,
 Sarmata, Germ. ini, Geta, Basterna eque feroce,
 Dacorumque tenent Populi, tenet acer Alanus.*

In-

Incola Taurisci Scytha littoris; indeque rursum
 445 Dira Melanchlaeni Gens circumfusa vagatur.
 Proxima Neurorum Regio est, celereisque Geloni,
 Praecinctique satis semper pictis Agathyrsi.
 Inde Borysthenii vis se-se fluminis effert
 Euxinum in Pelagus. tunc Aequora Panticapaei,
 450 Ardesciisque ibi caeso de vertice surgunt.
 Riphaei Montes ibi dur a saepè sub Arcto
 Densa pruinosos eructant nubila nimbos.
 Hic dites venae niveum gignunt Crystallum,
 Atque hic indomito tellus Adamante rigescit
 455 Inter Riphaeos, et proceros Agathyrkos.
 Hae Gentes Istrum, quæ se plaga dura Boötis
 Porrigit, incumbunt. medii de parte Dici
 Per dumosorum reptantes dorsa jugorum,
 Gerrhae habitant. Gerrhas attingunt Oppida latè
 460 Norica, et immodicæ rursum loca pingui a glebae
 Pannonia exercet. Boream subit altior agro
 Maesus, et extento post tergum Cespite Thracas
 Plurimus excedit. tunc ipsi maxima Thracis
 Vomere sollicitant curvo loca. Denique longo
 465 Quæ porrecta jacet spatio piscofa Propontis,
 Et se praecepsiti fluctu furit Helleponus
 Aegaeum debinc procul in Mare, plurima Thracis
 Arva tenent. hic mellifluis Pallena sub antris
 Lichnitis rutilac flamas alit: hic et Iaspis
 470 Fulva mictat Stellis, quantum convexa per Aethrae
 Igne a perpetuis ardescunt sidera flammis.

Hic

R V F F I F E S T I A V I E N I

Hic rursum Occiduis Europam fabor aboris.
Haec tanquam speculis ad surgens plurima trinis,
Spectat Achemeniae lucis jubar unus Iberos
475 Limes habet, limes tenet alter denique Grajos,
Ausoniae medius protendit latius arva.
Oceani vicina Salo quæ glauca recumbit,
Oceani Hesperii tum illic ardua Calpe:
Hic Hispanus ager, Tellus ibi dives Iberum:
480 T artesiusque super sustollitur: indeque Cempsi
Gens agit in rupi vestigia Pyrenaeæ
Protendens Populos medios è limite glebae
Ausonis effundit. medium secat Apenninus
Ausoniam, nam quæ Boreali vertice ad Aethram
485 Concrescunt Alpes, surgit caput Apennino:
Et quæ Sicanii Tellus madet Aequoris aestu,
Vi protelatae molis juga Gurgite condit.
Hunc circa multæ Sola fulcant proxima Gentes;
Et tamen has omnes solers tibi Musa loquetur.
490 Primæ Vetustorum Gensest ibi Tyrrhenorum:
Inde Pelasga manus, Cylleneæ finibus olim
Quæ petit Hesperii freta gurgitis, arva retentat
Itala. tum multa tenduntur parte Latini,
Per quos flaventeis Tybris Pater explicat undas,
495 Romanosque Lares lapsu præclambit alumno.
Hic Campanus ager glebam jacit. hic Freta quondam
Parthenopem blando labentem in marmora Ponti
Suscepere Sinu. T epidum si rursus in Austrum
Convertere oculis, nemorosi maxima cernes

Cul-

- 500 Culmina Picani. coma largi palmitis illuc
 Tenditur, ac fuso Bacchus tegit arva flagello.
 Tunc Lucanorum Regio, insurgentibus altè
 Cautibus, horrescit, scrupus sola creber iniqua
 Asperat, & denso caecantur stipite Sylvae.
- 505 Brutius hic humos acer colit, inter & arces
 Obsidet infidas, donec Sicana fluenta
 Intendant Pelagus, displosisque Aequora Terris
 Instabile inclinet semper Mare, quæ vel Eōis
 Hadrias unda vadis largam procūl expuit algam
 510 Vel quæ Tyrrheni preeceps involvit Aestus.
 Ab Zephyro hinc rupes dorsum tumet, inque Boötis
 Plaustra patens albo consurgit vertice saxum.
 Huc se prisca Locri Gens intulit, & Sale longo
 Eminis innecti, quæ Pontum Gurgite rumpit
 515 Flumen Alex Graiae texerunt linte. & Cymbo.
 Hinc Metapontini discurrunt latius arva.
 Inde Croton priscis attollit moenia Muris:
 Aesarus hic amnis salsa convertitur unda,
 Et Iunone calent hic Arae praefule semper.
- 520 Nec minus exciti post flumina dira Tonantis
 Infortunatae Sybaris vicina ruinae est.
 Samnitæ que truces habitant confinia. post hos
 Gens Marsum quondam tenuit loca. tumque Tarentum
 Surgit Amyclaei Soboles praedura Tyranni.
- 525 Hinc jacet in patulos projecta Calabria Campos,
 Et super arenti tenduntur Iapyges agro.
 Huc se praecepiti cogit ferus Hadria Ponto.

Hic

RUFFI FESTI AVIENI

Hic Aquileja decens celsis caput inserit Astris.
Tergestumque debinc curvis alis incubat oram,
530 Extimus Ionii quæ se Sinus Aequoris abdit,
Tot Populi Ausoniam circundant moenibus altis,
Italiam cingunt tot diti Cessite Gentes.
In via r* Eorum rursum se caper via flectunt
Aequora. & Assyrium suspectant eminus Axem
535 Ionii Freta glauca Sali, primosque Liburnos
Præstringunt; Pelago Gens Hylli plurima rursum
Accolit: hic teniri Tellus discluditur aëstu.
Illyris ora debinc distenditur: hicque periclis
540 Sacpe Carinarum famosa Cerauna surgunt.
Tunc prorepentis quæ sunt vada turgida Nerei,
Harmoniae, & Cadmi sustentat gleba sepulchrum
Barbara. nam longo jactati saepius Orbe,
Postquam liquerunt Ismeni fluminis undam,
545 Hic in caeruleos mutati membra Draconis,
Absolvére diem, finemque dedére labori.
Nec minùs hic aliud Mōstri genus arbiter Aethrae
Edidit. adsistunt Scopuli duo, cumque quid atri
Imminet eventus, ut Vulgi corda fatiget
550 Sors rerum, & Gentem terat inclemencia Fati,
Et motantur humo, & coēunt sibi vertice saxa.
Sed quæ mitis item spirat Notus, Oriciumque
Pulsant flabra Solum, Graiae confinia Terrae
Incipiunt aperire latus, prolixaque longis
555 Iugera producunt spatiis, præcincta duobus
Aequoris infusi procurvisbus. hanc Freta quippè
Aegaci

Aegaei lambunt Pelagi, citus Hadria rursum
 Subluit hanc fluctu. gemino sic gurgite latè
 Graja manet Tellus: sortitaque marmora ventos
 560 Quaeque suos, imo turgescunt mota profundo.
 Eurus in Aegaeum contorquet flabra: latentis
 Parte Poli Zephyris Hadriatica terga tumescunt.
 Insula se rursum Pelopis visentibus offert,
 Insula, quae Platani folio compar sedet: Isthmi
 565 Quippè caput summum conductur, arctaque vergit
 In Boream Tellus, & Grajos adjacet agros.
 Coetera sub folii specie distenditur arva,
 Ac per utrumque latus sinuoso saepè recedit
 Cespite. sed tepido quà Tellus tenditur Austro,
 570 Grajorum Tripolis sterili se porrigit ora.
 Hinc sacer Alphaeus flumē trahit, & vagus Aequor
 Influit Eurotas. Pisano alter ad sulcat,
 Alter Amyclaeas celeri secat agmine Terras.
 Insula quà curvas inclinat concava Valles,
 575 Arcades immensum propter degunt Erymanthum.
 Hic distentus aquas sata lambit pinguia Ladon
 Iuxta Argivus ager. juxta sunt culta Laconum.
 Illos prima Dies celer, istos aspicit Auster.
 Isthmi terga de hinc geminus circumlatrat Aestus,
 580 Parte Ephyres piceas quà Nox agit atratenebras,
 Et matutinus quà lucem proserit Ortus.
 Hic usū Grajo nomen tenet unda Saxonis.
 Atticus hanc ultra limes jacet, Attica Tellus
 Belligeratorum genitrix memoranda virorum.

R V F F I F E S T I A V I E N I

585 *Fertilis haec herbas Ilissum subvehit Amnem.*

Ilisi Boreas stagno tulit Orithyam.

Baeotumque debinc se-se confinia jungunt,

Et Locris, patuli sulcator Tessalus Agri,

Et Macetū praepingue Solū tumet arduus Haemus,

590 *Threiciumque caput subducitur. adjacet Haemum
Partibus ab Zephyri Dodonae Vatis Alumnus.*

Axe Noti tritas subter rupes Aracynthi

Gens Aetola colit. Campis ibi pulcher apertis

Labitur, virides sulcans Terras Achelous,

595 *Inruit Hadriaci tergum Maris: hicque frequentes
Fluctibus attolluntur Echinades. haud procūl inde
Prisca Cephallenae consurgunt Oppida Terrae.*

Delphica quin etiam miscet confinia Phocis,

Lucis in exortum protentior, inque Boōten

600 *Thermopylae cedunt. Hic se Parnasia rupes
Erigit: hic celeri Cephissus volvitur unda:
Hic quondam Python transactus arundine membra,
Sanguinis cassus prolixa volumina solvit.*

Ilic saepè Deum conspeximus adridentem,

605 *Inter thuricremas hic Phoebum vidimus Aras.*

Nunc ut quaeque vago surrexerit Insula Ponto,

Ordine quo steterint Pelago circumflua saxa,

Expediam. Cymbae ducatur cursus ad undam

Gurgitis Occidui. precor, aspirate, Camenae,

610 *Inter eō oppositas intendite linteā Terras.*

Gadir prima Fretum solida supereminet arce,

Attollitque caput geminis inserta Columnis.

Haec

Haec Cotinassa priùs fuerat sub nomine prisco,
Tartessumque debinc Tyrii dixerunt Colonii.

615 Barbara quin etiam Gades hanc linguam frequentat.

Poenus quippè locum Gadir vocat undique saeptum
Aggere praeducto. Tyrii per inhospita latè
Aequora proiecti, tenuere ut cespitis Oram,

Constituere domus: dant hi quoque maxima Temples

620 Amphitryoniadae, Numenque verentur Alumnum.

Insula se propter Gymnesia tollit ab alto,
Ac dilecta vago pecori consurgit Ebusus,
Sardiniaeque Arces, & inhorrens Corsica Sylvis.

Aeolidesque debinc tumidis se fluctibus edunt

625 Insulae, & inserto canescunt undique Ponto.

Has dudum tenuit Rex Aeolus: Aeolus illic
Hospita jactatis indulxit littora nautis.

Aeolus Imperio summi Iovis arbiter alto
Impositus Pelago est, effundere carcere Ventos,

630 Et sedare Salum. semper se Aequoris Aestu

Emergunt Arces, se Aequoris Aestu ***

Hic habuit tunc. Ausoniam se pandit in Oram
Tellus Trinacria, & patulo distenditur agro.

Haec autem trinis laterum procursibus adstat,

635 Terraque caeruleis longè juga porrigit undis.

In matutinos Pachynos producitur Ortus:

Parstepet à Zephyro Lilybeja: celsa Peloris

Tota sereniferae pulsatur flatibus Vrsae.

Hic iter infidum Pelagi, miserandaque fata

640 Involucrum Salo, fluctuque haufere voraci

RUFFI FESTI AVIENI

Saepè rateis. surgent angustæ marmora fauces
Arctam præcipit ant properum confinia Pontum.
Quæ parte debinc celsæ Notus erigit Aethrae,
Vis latè Libyci furit Aequoris. una ibi Syrtis,
645 Ast aliam ulteriùs freta prolabentia tendunt,
Parvaque caeruleo circumsonat Aequore mixtam.
Rursus in Hadriacam lebūm cogentibus undam,
Et laevum curva Pelagus fulcantibus alvo,
Insula se Graii Diomedis gurgite promit,
650 Italiam spectans, & Iapygis arva coloni.
Huc illum motae quondam tullit ira Diones,
Postquam per celeres extorrem traxit Iberos,
Conjugis huc diræ misit furor Aegialiae.
Ionii si quis rate rursum caerula currat
655 Aequora, & Eōos cymbam producat in Ortus.
Absyrti cautes, & crebras protinus arcēs
Inveniet.. Colchos huc quondam cura, fidesque
Extulit insanam sectantes, & intent **
Nec procul Ionii per terga Libyrnides adstant.
660 Inque Notum post dura Ceraunia carbasa si quis
Torqueat, & tepidos lebūm declinet in Axes,
Ambraciotorum succedunt protinus Arces.
Alcinoique domus pandetur Corcyra rursum,
Corcyra comta solum, locupleti Corcyra sulco.
665 Hanc supereft Tellus Ithaci vetus aula Tyranni,
Exulis, & toto raptati saepè profundo.
Plurima prætereà consurgunt gurgite saxa,
Quæ protentus aquas Achelous pulcher oberrat,

Am-

Amnis usque dehinc alias circumfluit undas,
 680 Quae tamen in Boreā vergāt magis Aegyla parva,
 Et procer a caput turgescunt pulcra Cythera.
 Eminet hīc etiam saxosa Calauria juxta.
 Carpathus, hīc rupes attollitur: haec tamen Axem
 Respicit Occiduum. nutrix hīc Creta Tonantis,
 685 Multa latus, glebamque ferax, opima virentum,
 Erigitur Pelago. Cretam super adstitit Ida,
 Id procellosis agitans Aquilonibus ornos.
 Nec procul Aegyptum Rhodus adjacet, adjacent ora
 Suniados. quā se pretendit cespes Abantum,
 690 Fertilis Aeginae Tellus, opima Salimis.
 Lucis ab exortu Pamphylia quā cauat Aestum
 Prolabentis aquae, Cyprus alta cingitur unda,
 Atque Dionaei pulsatur littoris acta.
 Inde Chelidoniae treis se-se gurgite tollunt,
 695 Qua frons tenta Salo Patareidis eminent arcis.
 Laeta dehinc Aradus Phoenicum praejacet oram,
 Multus ubi exesae Sinus est Telluris ab alto,
 Ac latus omne Soli procul in dispendia cedit
 Litoris, curvo praelabitur ora fluente.
 700 Mirus ille dehinc Aegaei gurges habetur,
 Qui gemina de parte Sali, velut ordine justo,
 Saxa mari profert circumflua, tenuja se-se
 Quā freta praecepitan Athamantidis inclita leto.
 Septus ubi, atque Abydus parvo Sale discernuntur,
 705 Et vicina sibi lambit confinia Pontus.
 Pers procul Europae laevum latus, altera porro

Di-

RUFFI FESTI AVIENI

Ditem Asiam spectat: cunctae tamen ordine facto
Insulae in Arctoi procedunt plastra Boötis.

Europam incumbit prolixus limes Abantum.

710 Scyrus ibi latè dorsum tumet, ac Peparethum
Protollit Pelagus. juxta Vulcania Lemnus
Erigitur, Cererique Thasus dilecta, profundo
Proserit albenti se vertice. prominet Imbrus,
Thressaque consurgit propter Samus. indeq; rursum

715 Cyclades accedunt Asiam, Delumque coronant.

Omnes fatidico curant solemnia Phoebo:

Nam cùm Vere novo Tellus se dura relaxat,

Culminibusque cavis blandum strepit ales Hirudo,

Gens devota choros agitat, cratituque sacrato

720 Ludunt festa Die. visit sacra Numen Alumnum.

Hinc Sporades crebro producunt cespite se. se.

Densa serenato ceu splendent * Sydera Coelo.*

* al. nec sensus, nec verus, nec constantia constabat.

Nec minus attolluntur Ionides Insulae ab alto.

Hic juxta Caunus, Samus hic, Saturnia juxta,

725 Tumque Chius patulae prospectans arva Pelinae.

Lesbus item, & Tenedus per aperti marmora Ponti

Expediunt arces, & culmina nubibus indunt.

Hinc se piscofi pandit Sinus Helleponi.

Hic Salis Arctoi spumas vehit impiger Aestus.

730 Hic protenta quatit latè Fretæ glauca Propontis.

Siquis laeva debinc Euxini marmora sulcat.

Ora Borysthenii quæ fluminis in Mare vergunt,

E regione procul spectabit culmina Leuces:

Leuce cana jugum, Leuce sedes Animarum.

Nam

- 735 Nam post fata virum semper versarier illic
 Infantes ajunt animas, ubi concava vasto
 Cedit in antra Sinu rupes, ubi saxa debiscunt,
 Mollibus excisis, & curvo fornice pendent.
 Haec sunt dona Piis, sic illos Iuppiter imis
- 740 Exemit Tenebris, Erebi sic inscia Virtus,
 Rursum Cimmerius quæ Bosporus ora patescit,
 Dexterior Ponte subit Insula, vastaque latè
 Excedit moles Pelagus, sedet eminùs ingens
 Phoenagore, & muros attollitur Hermonassa.
- 745 Hae Maris infusi confurgunt Insulae ab alto.
 Exterior quas unda debinc, circumfluus, & quas
 Aestuet Oceanus, quibus illæ flatibus omnes
 Culmine pulsentur, memori date carmina Musæ
 Propter Atlantæi tergum Salis Aethiopum Gens
- 750 Hesperides habitat: dorsum tumet hic Erythræja,
 Hicque Sacre, sic terga vocat Gens ardua Montis;
 Nam protenta jugū Tellus trahit. hoc caput amplac
 Proditur Europæ. genitrix haec ora Metalli,
 Albentis Stanni venas vomit. acer Iberius
- 755 Haec freta veloci percurrit saepè Phaselos.
 Eminùs hic aliae gelidi propè flabra Aquilonis
 Eruperant undas, & vasta cacumina tollunt.
 Hæ numero geminæ, pinguis sola, cespitis amplac,
 Conditur Occidui quæ Rheni gurgitis unda.
- 760 Dira Britannorum sustentant agmina Terris.
 Hinc spumosus item Ponti liquor explicat Aestum,
 Et brevis è Pelago vertex subit. hic chorus ingens

Foc.

RUFFI FESTI AVIENI

- Foeminei coetus pulchri colit Orgia Bacchi;
 Producit noctem ludus sacer; aërapulsant
 765 Vocibus; Et crebris latè sola calcibus urgent.
 Non sic Asynthi propé flumina Thrases, Et almac
 Bistonides, non quâ celeri ruit agmine Ganges,
 Indorum Populi stata curant festa Lyaco.
 Longa debinc celeri si quis rate marmora currat,
 770 Inque Lycaönias cymbam procùl urgeat Arctos,
 Inueniet vasto surgentem vertice Thylen.
 Hic cum plaustra Poli tangit Phoebejus ignis,
 Nocte sub inlustri rota Solis fomite flagrat
 Continuo, clarumque diem nox aemula dicit.
 775 Nam Sol obliqui torquetur cardine Mundi,
 Directoisque super radios vicinior axi
 Occiduo inclinat; donec juga rursus anhela
 Devexo accipiat Coelo Notus. inde fluenta
 Tenduntur Scythici Longè Maris in facis Ortum,
 780 *Eöa Et ut coēaneis se repit ab undis
 Insula, quae prisci signatur nominis usu
* Deest fun
dat, vel ver
sat, aut si-
mile ver-
bum. Aurea, quod fulvo Sol hic magis Orbe rubescat.
 Contemplator item ceu se Mare * in Austrum,
 Inque Notum Oceanus freta Ponti caerulea curvet:
 785 Altaque Coliadis mox hic tibi dorsa patefcent
 Rupis, Et intenti spectabis cespitis arces.
 Pro quibus ingenti consistens mole, per undas
 Insula Taprohane gignit tetros Elephantos,
 Et super aestiferi torretur Sydere Cancri.
 790 Haec immensa patet, vastisque extenditur Oris.

- Vndique per Pelagus latus aut protinus olli
 Agmina cetosi pecoris, vaga monstra profundi
 Adludunt. fervent Erythraei marmora Ponti
 Tota feris. haec ut rigidi juga maxima montis,
 795 Nubibus attollunt latus omne, ergo terga tumescunt;
 Instar in his rupis spinae tenor arduus adstat.
 Molibus in celsis rupis quoque creber inhorret,
 An acquis rapidi subiectus gurgitis unda,
 Nec in terga Salis lembum contorqueat unquam,
 800 Anne monstrigenis hostem licet inferat Aestus
 Fluctibus. immodicè late patet oris hiatus
 Quippe feris, antro panduntur guttura vasto:
 Protinus haec ipsas absorbent fauce carinas,
 Involvuntque simul mox monstra vorantia nantes.
 805 Ogyris inde Salo promit caput, aspera rupes
 Carmanidis quæ se Pelagi procùl invehit undas.
 Regis Erythraei Tellus haec nota sepulchro,
 Tenditur, ergo nudis juga tantum cauitibus horrent.
 Perficit hinc Aestus fauces hiat. Insula rursum,
 810 (Si tamen in Boream flectantur carbasa cymbae)
 Icarus, aërio consurgit vertice in Auras,
 Icarus ignicomo Soli sacra: namque Sabaci
 Thuris ibi semper vaga fumum nubila volvunt.
 Insulae in Oceani procurribus haec tibi tantum
 815 Carmine sunt dignæ. multas vehit undique Pontus
 Praeterea parvas specie, famaque carenteis.
 Pars uidet Europæ: non has tamen aut modus Orae,
 Aut interna cavi commendat uena metalli.

R V F F I F E S T I A V I E N I

- Harum aliae diris referant vix littora Nautis,
820 Et scaber in multis scrupus riget, undique insquas
Subrigitur vertex, & in hospita cespitis Ora est.
Harum quis valeat numerosa ut nomina fari?
Pars Asiam, Libyam pars adjacet altera Ponto.
Si velit has ullus, velit idem scire quot alto.
825 Curventur fluctus Pelago, quot Sydera Coeli
Elucent flamas, quot robora proferat Ida,
Quantus arenarum numerus versatut ab Euro.
Carmine nunc Asiam formet stylus. incute doctam
Phoebe Chelin, totis Helicon aspiret ab antris.
830 Maxima pars Orbis narrabitur, inclyta Tellus
Prometur Musis. Terrarum summa duarum
Vnius est limes, qua cespite protegit ambas.
Vastius est Asiae diti caput, indeque sensim
In matutinos Oram conductiur Axes.
835 Hic adstare procùl Bacchi fert Fama Columnas,
Ultimus Oceani qua Terras adluit Aestus,
Indica qua rupes tumet extima, qua vaga Ganges
Cespite dorsa trahens, Nyssicum in Platamona
Porrigitur. similis nequaquam est forma duabus,
840 Nec modus est compar. secat unus denique Pontus
Europam, & Libyam: multus circumsonat istam
Oceanus, trinoque sinu vagus influit Aestus.
Vnam Asiae molem. Sinus istam Persicus instat,
Maximus hac Arabu scindit Sinus, & Sinus Aequor
845 inserit Hyrcanus. duo nigri partibus Austri
Curvantur, rigidam suspectat tertius Arcton.

Hic

Hic ē in Euxini prorepit marmoris undam,
Et Zephyrum tergo spectat procūl. adjacet ambos
Tellus multa debinc, ē longis tenditur arvis.

850 Ast Asia incubbit vasto mons aggere Taurus,
Interstatque jugo medium, Pamphylia campo
Quā jacet, incipiens ad verticis ardua dicit
Indoram Pelagus: nunc autem subluit idem
Obliquas Arces, ē flexilis Aëra pulsat:

855 Nunc directa Solo tentus vestigia figit.
Mille debinc amnes unus vomit, exerit unus
Flumina per Terras, vel quā riget Ora Boötis.
Vel quā lenè Notus spirat, quā per strepit Euris,
Et quā delecto Zephyrus sustollitur Axe.

860 Nec tamen hic uno signatur nomine ubique,
Sed dum flectit iter, novus emicat, utque tumenti
Gens vicina subest, peregrina vocabula mutat.
Accipe qui Populi circumdent denique Taurum.
Macotae primi falsam cinxere paludem.

865 Obuersatur item trux Sarmata, bellica quondam
Gentis Amazonidum soboles: nam cùm prius illac
Egisti vasti prope flumina Thermoodontis
Thrēcio de Marte satae, iunxere profectae
Concubitus. longas exercet Sarmata Sylvas,

870 Ex quibus clapsus Tanais procūl arua pererrat
Barbara, ē in falsam protendit terga paludem.
Hic Asia Europam disternat. arduus istum
Caucasus eructat. Scythicos hic fusus in Agros,
Impacatorum nutrit pubem Populorum.

R V F F I F E S T I A V I E N I

- 875 *Hujus utrūque latus quatit amplis Bruma procellis;
Constrictumque tenet hunc frigora. proxima rursus
Cimmerii, Sindique colunt: Gercitiae Gens est,
Aeque Oretarum propter Genus: indeque Achaei
Ab Xanthi ripis, atque Idaeo Simoente*
- 880 *Inter chauri crepant scruposus convallis**
Transuersere laxem. juxta Gens aspera degit
**In iochiperique hinc, qui regna Pelasgum.
Linquentes quondam, tenuerunt proxima Ponti.
Impiger hos propter Colchus colit. iste feraci.*
- 885 *Exul ab Aegypto celsae ferit aspera rupis.
Caucasus Hyrcanae nimium conterminus undae,*
**Hujus valle pro Fasis gemit istius antro
Agmina provolvit, Circaeaque lapsus in arva.
Incidit Euxinum Borealis cardine Coeli.*
- 890 *Rursus in Eoe lucis confinia Tellus
Inclinata jacet, gemino vicina profundo.
Caspianam latè Terram superabluit unda,
Euxinique subest tergum Salis. asper Iberus
Hic agit: hic olim Tyrrhenide pulsus ab Ora,*
- 895 *Cespitis Eoi tenuit Sola: ceu vaga saepè
Fors rapit exactos. prima tenet Aquora Campi
Gens Camaritarum, qui post certamina Bacchum,
Indica Bassaridum cum duceret agmina Victor,
Accepere casis, mensaque dedere Lyaeo,*
- 900 *Orgia ludentes, nebride pectora cincti,
Deduxerent choros, Nysaei ludicra ritus.
Hos super influctus adsurgit Caspia Tethys.*

Hacc

Haec dicenda mihi. nec diri Gurgitis unquam
 Lustravi pinu freta Barbara. nec vagus Orbem
 905 Indique raptavi: sic vasti flumina Gangis,
 Caucasas arces, et dumicolas Arienos,
 Inventore canam Phoebo, Musisque magistris,
 Omnia veridico decurrens carmine pandam.
 Caspia per teretes Tethys distenditur Oras,
 910 Et sinuant curvis hanc totam littora Terris:
 Tantum sed fuso Pontus jacet iste profundo,
 Ut ter Luna prius reparet facis incrementa,
 Quam quis caeruleum celeri rate transeat Aequor.
 Gurgitis Oceanus Pater est: namque iste nivalis
 915 Axe Helices infert rapidi freta concita Ponti,
 Et Sinus inde tibi Pelagus trahit. hic vada propter
 Caspia versatur Scytha belliger: hicque feroce
 Degunt Albani. trux illic arva Cadusus
 Dura tenet, Mardi celeres, Hyrcani, Apyrique.
 920 Cespite vicino Mardus fluit, et procùl ipsos
 Accedit Bactros, attingens denique atroces
 Agmine Dercebrios, medius disternat ambos,
 Hyrcanique Salis tumido convolvitur Aestu.
 Sed Bactrena Salo vasto procùl Arva recedunt,
 925 Parnasique jugi tegitur Gens rupibus illa.
 Dercebrios aliud cohabet latus, et vada tangit
 Caspia. tum clari pharetris, agilique sagitta
 Massagetae glauci succedunt flumen Araxis,
 Durum ab stirpe Genus, placidae mens nescia vitae,
 930 Ignorant flavae Cereris commercia, Bacchi

Sem-

RUFFI FESTI AVIENI

Semper inexpertes, animam traxere ferinam.

Hic cibus, & potus simus est: nam sanguine equinum,
Et lac concretum per barbaras gutturas sorbent.

Nec procùl ad Boream diri posuere Chorasmi

935 Hospitia, & juxta protendit Sugdias agros,
Sugdias, ingenti quam flumine disjicit Oxus.

Hic procùl Emodi latè ruit aggere montis,

Et per prolixos euctus protinus agros,

Caspia propellit fluctu Fretum, quæ petit hujus

940 Fluminis Occidui ripas, habitant Laxartæ:
Tendere non horum quisquam certaverit arcus,
Ambitus hos etenim multus trahit, & grave curvis
Pondus inest taxis, longo sunt spicula ferro,
Et rigor in nervis velut obvius. inde cruenti

945 Sunt Tschari, Frurique truces, & inhospita Seres
Arva habitant, gregibus permixti, oviumq; boumq;
Velleræ per sylvas Seres nemoralia carpunt.
Ultima Epetruinos Tellus habet. & procul ista
Cassa virum est, nullis pecorum balatibus Agri

950 Perfultant, herbae viduus jacet undique cespes,
Fronde carens, nusquam terras intersecat Amnis.

Caspia tot latè circumdant aequora Gentes.

Nunc rursum ab Colchis, & glaucis Fasidis undis
Occiduum ad Solem Populos memorate, Camoenæ,

955 Usque in Threicci Fauces Maris. aspera primùm

* Al. diri. Byzerum est Gens: * duri sunt inde Bechiri,

Macrones, Phyliriique, & pernix Durateum Gens.
Inde Tibareni, Chalybes super, arva ubi ferri

Di-

Ditiae vulnifici crepitant incudibus altis.

*Post hos Assyriae tenduntur jugera Terrae,
960 Armenioque jugo late surgens Thermoödon,*

*Gentis Amazonidum lambit sata, nec minus illic
Erigit excelsa in fastigia prisca Sinope.*

*Hanc Urbem quondam magni Iouis ardor, Asopis
Virgo locans, saevae propter confinia Terrae*

965 Aulam habuit, Plebemque suo de nomine dixit:

*Nec procùl hinc purus latice provolvitur Iris,
Et citus Armeniae rursum convallibus atris,*

Quà vastum in Pelagus vergit saxosa Carambis,

Surgit Halys. tum Paphlagoniū sata longa patescūt,

970 Et Maryandinum Gens incolit, unde triformis

*Oracanis superas quondam produxit in Oras
Alcides Erebo. propter Bithynia glebam.*

Exerit, hic late Rhebas extenditur Amnis;

Rhebas, Cyanei qui disjicit Aequora Ponti;

975 Rhebas, argento similem qui porrigit undam.

*Hi Pontum cingunt Populi. nunc illa canetur
Ora Asiae, Glaucus Pelagi quam subluit Aestus*

Axe Noti in fauces rapidi procùl Helleffonti,

Et Freta, qua spumant Aegyptia partibus Austri

980 Vsque Arabes, & longa Syrae confinia Terrae.

Dictus enim quantus rigidos Scytha degat ad Arctos.

Chalcedon tumulus fluctu circundatus alto,

Eminus Europen, proceraque moenia Byzac

Aspicit. ab tergo tendit Bebrycia glebam,

985 Celsaque nubiferae sustollit culmina rupis

My-

RUTPI FESTI AVIENI

*Mysus ager; Mysos tacitum diffusus in Aequor,
Tergaque flavescentis sulcat Cius. hujus ad undam
Pulcher Hylas Nymphis quondam fuit anxia cura.
Hinc in caeruleum cedit Sinus Helleponum,*

990 *Explicat, & Phrygiam Tellus incurvat in Orbem.*

*Major Sangario latè praestringitur Amni:
Haec procùl Eöos procedit plurima in Axes,
Fertilis herbarum, quà Coelum rursus in umbras
Inclinat Vertex, panduntur terga minori,*

995 *Quae jacet immensa latè sub rupibus Idae,*

Infortunata m̄ pertingens cespite Trojam.

Aeolis inde patet vastum super Helleponum,

Aegaei per terga Sali prolixus Iōnum

Rursus ager glebam protenditur. hunc secat ingens

1000 *Maeander, falsique ruens vada gurgitis intrat.*

Comminis hic gelidi quà spirant flabra Aquilonis,

Vrbs Ephesus, quà tetrica sustollit Fana Dianaee,

Munus Amazonidum memorabile. nec minus inde

Lydia procedens longum latus explicat Euro:

1005 *In qua vitiferae Tmolus juga proferit Arcis,*

Et Pactolus aquas agit auriger, arva canoris

Persultans Cygnis, curvas sedet undique ripas

Creber ales, laetus adsurgunt gramina Campis,

Herbaque luxuria Sola semper pinguis vestit.

1010 *Sed locuplete magis Maeandria gleba recumbit,*

Vbere nam blandi Terram rigat unda Caystri.

Maconis hic etiam deducit turba choreas:

Aurca subiectunt hæc vincula, ritus Iaccho

Lu-

Luditur, atque sacris feriunt ululatibus Aethram,
 1015 Virgineusque Chorus latè strepit, exilit omnis
 Coetus, & instabilis vaga pendent corpora damm*
 Taurorum quoque flabra Deo famulantia ludunt
 Ritibus in Vulgi; subeunt haec serica saepè
 Pallia, & impulsi Zephyris agitantur amictus.
 1020 Haec linquenda tamen laeto reor omnia Lydo.
 Quà se Xantus agit, Lyciorum tenditur Ora
 Inclinata Mari. surgunt ibi culmina Tauri
 Pamphyliae in Fines, hic idem Cragus habetur
 Nomine sub Gentis: propè celsam surgit in Arcem
 1025* Priscas Idae fomes calidis adoletur in Aris
 Saepè Dionaeae Veneri. stat Corycus alta,
 Stat Perge propter, stant ardua tecta Phaselis
 Eminùs & Phoebi radiis tremit aemulus ardor,
 Inde Lycaoniae tractus jacet: impiger Agros
 1030 Incola decurrit, fitit atrum dira cruorem
 Gens hominum, & saevo pascuntur pectora bello.
 Tum Pisida ferox exercet pinguis culta.
 * Termeffusque dehinc Vrbs eminet, Arcem
 Inclyta per nubes attollens moenia Lyrbae,
 1035 Et Lacedaemoniae surgunt fastigia Selges.
 Plurimus hinc Terras intrat sinus, undique longè
 Vicina Euxino rupti Sola cespitis urget.
 * Hic diros Coeli castrames tenet, inque diei
 Tenditur exortum, fulcant duo flumina Terram:
 1040 Pyramus hic undas, hic volvit Pinarus Aequor.
 Cydnus item mediae discernit moenia Tarsi.

RUFFI FESTI AVIENI

- Pegasus hoc olim suspendit cespite se-se,
 Impressaque Solo liquit vestigia calcis;
 Eset ut insignis revoluta in saccula semper
 1045 Nomen humo. clari post ultima Bellerophonis
 Hic cespes late producit Alejus arva;
 Horrescitque comis nemorum, per inhospita cuius
 Aequora secreto vitam prostraverat agro.
 Lyrnensisque dehinc: hic Malus, Anchalia,
 1050 Inlustresque Solis post carmina vatis Alumni.
 Commagenorum propter diffunditur Ora:
 Et procul Hesperium curvatur limes in Axem,
 Donec piniferas Caspi prorepat ad arces.
 Hinc solers Asiam facili cape carmine totam.
 1055 Forma sit hujus enim talis tibi: quatuor illa
 In latera effusa cordidato: longior autem .
 Sit modus his, rutili quae spectant Syderis Ortum.
 Tumque tene primo quod carmine Musa loquuta.
 Totam Asiam celsi praecungi vertice Tauri
 1060 Extima in Indorum. Montis tamen accipe molem
 Per latus id duci, quo dat Cynosura pruinas,
 Solis ab Occasu vastum discurrere Nilum;
 * Indicum ab Eois Mare fervere, rursus ab Austro
 Fluctibus immodicis rubri Salis Aequora volvi.
 1065 Ora Syrium curvi procumbens littoris acta
 In Notum, Eoi confinia tenditur Euri.
 Haec Coele est Grajo sub nomine, namque duobus
 Ut conclusa jugis, vallis vice, multa cavatur.
 Ab Zephyro C. sius mons imminet: Axe diei

Con-

- 107 Consurgentis item Libanus premit arduus arva.
 Pars procùl à Pelago Terras colit, inque recessu
 Gens agitat. Salso quicquid pulsatur ab Aestu,
 Phoenicum Regio est. hi rubro à gurgite quondam
 Mutavére domus, primique per Aequora vecti,
 107 Lustravére Salum, primi docuére carinis
 Ferre cavis Orbis commercia, Sydera primi
 Servavére Poli. Populis Phoenicibus ergò
 Vrbs Iope sterilisque dehinc habitatur Elais,
 Gazaque proceris adsurgens undique muris.
- 108 Hic Tyrus est opulens, & Berytus optima, Byblos,
 Sidoniique Lares, ubi labens agmine amoeno
 Cespitis inrigui Bostrenus jugera findit.
 Nec minus hic Tripolis pingui Sola porrigit agro,
 Ortosisque dehinc attollitur. hic Marathus stat.
- 1085 Litoris extremo caput altis turribus effert
 Laodicae, & glauci praelambitur Aequoris unda.
 Hic nemorosa virent Daphnae loca, celsa Cupressus
 Erigitur, ramis innectit Laurus odora,
 Crine Dionaeo Myrtus diffunditur, altae
- 1090 Consurgunt Pinus, & Coelum sibila pulsant
 Robora, mollicomis Tellus in sternitur herbis.
 Vrbs mediis Apamena dehinc consistit in arvis,
 Et quà Phoebea. in procùl incunabula lucem
 Prima fovent, Emesus fastigia celsa renidet.
- 1095 Nam diffusa Solo latus explicat, ac subit auras
 Turribus in Coelum nitentibus. Incola claris
 Cor studiis acuit * amplius imbuit ordo.

R V F F I F E S T I A V I E N I

Denique flammicomodo devoti pectora Soli
Vitam agitant. Libanus frondosa cacuminaturget,
1100 Et tamen his celsi certant fastigia Templi.
Hic se indit juxta Tellurem glaucus Orontes.
Nec procùl Antiochi vagus interlabitur Urbem,
Praestringitque undis Apamenae jugera glebae.
Fertilis hic cespes protenditur. arvaque amica
1105 Sunt pecori, infestus facilis Pomona resurgit,
Et foecunda Ceres campo flavescit aperto.
Si rursus tepidum via deflectatur in Austrum,
Curva Sinus Arabi succendent Aequora propter.
Nangue Arabas, Syriaeque solum Sinus iste fluntae
1110 Dividit, & tentis procùl interfunditur undis.
Et tamen Eōos paulum inclinatur in Axes,
Vsque in belligeri confinia flexus Hanali.
Hinc Tellus Arabum producit cespite campos.
Et latera ab gemino Sale tingitur: abluit Aestus
1115 Persicus hāc, Arabūq; Sinus rigat Aequore Terras.
Hic sua flabra Polo spirant: nam Persicus Euro
Turgescit vento, Zephyro Sinus aestuat alter.
Pars alia in primos quā femet porrigit Ortus,
Et Notus insurgit cum nubifer Aequore rubri
1120 Tangitur Oceani, foelici Terra recumbit
Tota Solo. Tellus hic semper flagrat odoro
Cespite, prorumpit lacrymoso stipite Myrrha;
Myrrha, furor quondā Memyreus, hic Ladani vim
Vellera diffundunt, calami coma pullulat almi,
1125 Gignit humus Casiam, concrecant thura per Agros.

Lon-

Longaque foecundis pingue scit odoribus Ora.
 Vera fides illic femori sub imagine partus
 Disrupisse Iovem penetralia, proderet Orius
 Ut sacer Aetheria fulgentem fronte Lyacum.
 1130 Nascenti Baccho risit Pater, undique fulsit
 Coelicolum sedes, convexaque pura tetendit
 Festa Dies, Tellus effudit dives odores,
 Villosum subitis tumuit pecus incrementis.
 Ver habuere suum nova framina, flore frequenti
 1135 Pinxit Terra Sinus, ac Nymphis unda cucurrit
 Largior: internis etiam procùl undique ab Oris
 Ales amica Deo largum congeßit Amomum.
 Extemplo Liber subnectit nebride pectus,
 Effusaque comas hedera ligat, inde virenteis
 1140 Attollit thyrsos, & blandi luminis igne
 Os hilarat, totaque celer diffunditur Aethra.
 Sed propter Libanum Terram fulcant Nabataei,
 Chaulasiique dehinc, Agreni rursus, & inde
 Lybdanus est, Tellus Camae vicina fluento.
 1145 Persidis accedunt rutili contermina Ponti
 Minae, Sabataeque tenent superi. impiger ampla
 Aequora desulcat glebae ditis Cletabenus
 Plurima praeterea Gens circumlectitur illic
 Oram Arabum, muta sed degunt agmina Fama,
 1150 Et numerus cunctis inglorius. inde Favoni
 Quà plaga foecundos alit almos fluctibus Agros,
 Barbara montivagos Tellus extendit Erembas,
 Hi vitam duris agitant in cautibus omnes,

In-

R V P P I F E S T I A V I E N I

- Intectique artus erumpunt ardua semper
1155 Culmina saxonum. non ollis pabula in usum
Terra parit: glebas abrodunt, more ferarum,
Iejunas herbae, nec amicas frugibus ullis.
Hinc ultra Libani rursum fastigia celsi
Lux Hyperionio quā se sustollit ab Ortū,
1160 Alterius Syriae limes jacet, usque Sinopen
Gurgitis attiguam. mediis hīc impigra in arvis
Cappadocum Gens est, propter Fretā turgida rursus
Assyrii juxta sunt ostia Thermodontis,
Et festina citis evoluitur unda fluentis.
1165 Nec procūl attollit quā se facis ardor Eōae,
Plurimus Eufratae manat liquor. iste feroci
Fusus ab Armenia, vastum caput exerit antro,
Inque Notum primae protenditur agmine molis,
Et matutinos iterūm conversus in Axes,
1170 Dividit inserto medium Babylona fluento.
Inde Teredoniae juga praeter maxima rupis
Persidis in Pontum sparsō cadit effluus amnis.
Hunc super inseptem quantum via carpitur Ortus,
Cespitiis extenti spatiis, citus Aequora Tigris
1175 Prona rotans, & saxa jugis avulsa supremis,
Et totas latē celeri trahit agmine Sylvas.
Quin & vasta palus medio distenditur agro:
* Maximus hanc fluctu Tigris intrat: aperti
T erga lacus stupet unda silens, tacita eque recubunt
1180 Aequora Thosippes: solidarum denique more
Riparum, stagni facies inscia * quiescit

In-

- Invectumque sibi cohicens altrinsecus amnes,
 Stat disclusa palus. sic Elidis incola Pontum
 Disjicit Alpheus: Pelago sic inserit undas
 1185 Illae sum optatae flumen dicens Arethusae.
 Ergo per stagnum vebitur celer amnis apertum:
 Hoc elapsus item vim proni gurgitis urget.
 Non aliud tantus rapit impetus, haud ita quisquam
 Spumescit fluctus, neque tantos ulli fragores
 1190 Vnde ciet, medio quae Tellus funditur agro.
 * Hos Interamnis nomen tenet. at suus illam
 Flumine praeccinctam gemino per aperta locavit,
 Non qui lanatum longo pecus educat agro,
 Aut qui cornigeri ductor gregis arva pererrat,
 1195 Gramina qui pastor simis petit apta capillis,
 Quique cauo solers committit semina sulco,
 Quem Pomona juvat, quem ramis Esculus altis
 Inlicit, ergo pingui dependens subere glando,
 Brachia Nisaci qui palmitis ordine justo
 1200 Digerit, aut tectis si quis dolat impiger ornos,
 Vel Salis in fluctus qui cymbam navita texit,
 Si * jerit hos saltus. nihil indigna subtrahit Ora:
 Dives humo Tellus, dives jacet arbore cespes.
 Istius in Boream quidquid protenditur agri,
 1205 Armenii, ergo vita duris fulcant Matieni.
 Qua sunt fabra Noti, Babylon subducitur Arce
 Procer a in nubes. hanc prisca Semiramis Urbem
 Vallavit muris, quos non absumere flammae,
 Non Aries penetrare queat. stat maxima belli

Au-

R V F F I F E S T I A V I E N I

- 1210 *Aula quoque argento, domus Indo dente nitescit,
Aurum tecta operit, Sola latè contegit aurum.
Ipsa debinc Tellus, quae circumpletatur Vrbem,
Et procerarum fluctu vernal palmarum,
Et splendente procùl berylo ferta renidet.*
- 1215 *Hic tamen internis Ophietidis Arcis in arvis
Inter gemmiferas excrescit creber arenas.
Hinc Babylona super geminae profinibus Urse
Coësi, Marragataeque, & Calonita vagantur.
At rursum Armeniae si quis pede pergaat ab Arce*
- 1220 *Rupis, & Eöas gressum producat in Oras,
Medica prolixos spectabis Regna per agros,
Horum, qui gelidi succedunt plausta Boötis,
Pinguiarura tenent. Sunt illuc Atropateni,
Sunt Gerri, & Mardae, tepidū qui rursus ad Austrū*
- 1225 *Oram habitant, Scythicae deducunt semina Gentis.
Nam Medea ferox fuit ollis sanguinis Auctor.
Haec, cùm Pandionis lectum componeret Aulæ,
Attica quæ pulchro Tellus pinguescit Iliso.
Proditur, inque fugam properè convertitur exul.*
- 1230 *Has post in terras pinu subivit Etine,
Inseditque locos, veteres accedere Colchos
Nulla inerat menti fiducia; denique ab illa
Medorum soboli Magicae furor artis inhaeret.
Pars Gentis rutilos Phoebi quæ spectat in Ortus*
- 1235 *Saxa habitat: saxis excudit Narcissen.
Qui propter dumos, nemorosaque rura vagantur,
In pecus intenti, crebro pascua tondent.*

Me-

Medica se tantos effundit gleba per agros,

Caspia ut extento contingat cespite claustra.

1240 *Haec Asiae dixeré fores, hie est Ore quod illo,*

*Porta quasi, & longas * vium discedat in Oras.*

Quippe nivosa Poli quæ cardine vertitur Arctos,

Panditur Hyrcanis hinc janua: janua Persis

Hinc patet, imbriferū quæ vergit mūdus in Austrū.

1245 *Ecce sub immenso portarum vertice Parthi*

Rura tenent, curvi nequicquam vomeris usus,

Sollicitanda cibi non ollis cura, laborque

Aequora Terrarum gravibus componere rastris.

Exercent saevi se semper Martis in arma.

1250 *Sic a comes lateri est, manus aut hastilia vibrat,*

Demittunt pharetras humeris, & lethifer arcus

Semper inest laevae, neque per compendia diras

Producunt animas, non pupibus Aequora fulcant;

Non proni gregibus pecoris fera vita juvatur,

1255 *Sed quatit alipedum Sola semper cursus equorum,*

Pulsaque Terra gemit, discurrunt crebra per auras

Spicula, missilibus latè subtexitur Aér.

*Quin impactus amor * est si dicere Persas,*

Consimilis, solersque trahit te cura per Orbem,

1260 *Has quoque Musa tibi formabit carmine Terras,*

Quae liquidis amnis via debeat, ut quae jugorum

Consurgat Vertex, quibus Oris arva recumbant

Barbara Samosum, qui Persam robur, & usus.

Quippe Asianarum primi degunt Regionum.

1265 *Vita opulens Genti, gazas quoque Terra ministrat*

RUFFI FESTI AVIENI

Omnibus & largum Populis producitur Aevum,
Dives in his mos est jam longi tempora Saecli,
Ex quo Maconiam bello trivere cruento:
Illidunt auro vestes, & cuncta teguntur.

- 1270 Auro membra viris, auro vestigia condunt.
Tantus Persarum dissolvit pectora luxus.
Ipsa autem Tellus inclusa est montibus altis,
Undique in Australem latus inclinatior Axem,
Ac Boream longè, longè quoque Caspia claustra.
1275 Deserit, atque Noti placida perfunditur aura.
Istius at spatiis finem dat Persicus Aestus,
Incoliturque Solum Populis tribus, una sub Arcto
Pars agit, armigeris nimium contermina Medis:
Altera per mediae Telluris terga vagatur:

- 1280 Porro ad flabra Noti Pelagus propè tertia dedit.
Plurima praeterea percurrunt flumina Terram:
Persidis, & rigidas curvant labentia ripas.
Arva secat Cyrus, perrumpit rura Choaspes,
Indica provolvens procùl Aequora, cuius ad undam
1285 Incola flaventem studio sectatur Achatem.
Nam cum brumali ceciderunt Sydere nimbis,
Imbribus & Coelo fusis furit auctior amnis,
Hos lapides latè flumen trahit: undique Tellus
Circumvecta debinc laeti viret ubere campi.

- 1290 Sed quæ caeruleam Sinus infert Persicus undam,
Gens Carmanorum latè colit: hanc facis Ortus
Vrit Phœbaceæ, tanto quoque funditur agro,
Ut simul & glauci contingat gurgitis Aestum,

Et

Et procùl internae perreptet jugera Terrae.

129; *Hos super est Tellus; tendit Gedrosia glebam,
Oceani vicina Fretis. Et flumen ad Indum,*

*Auroraeque latus Scytha, miti proximus Austro
Adcolit. Australis certè Scytha dicitur iste.*

Nanque alii dura pulsantur desuper Arcto.

1300 *Indus Caucasiae praerumpens rupis ab antro,
Adversum Pelago Rubri procùl Aequoris amnem
Porrigit, inque Notum recto fluit agmine aquarum.
Ora dchinc Indo duo sunt, mediumque per agrum
Insula se vasto fundit tergo Patalene.*

1305 *Innumeras idem diffiscit flumine Gentes,
Oritas, Arabasque, Et velocies Arachotas,
Et Sagam infidum, vel qui per inhospita latè
Discreti Populi, discreti finibus agri
Arva agitant; uno sed nomine sunt Arieni,*

1310 *Hi quanquam steriles decurrant semper arenas,
Munera nec carpant Cerealia, nec nova praelo
Musta premant, fulvo tamen invenere Corallo
Pandere vivendi commercia, quaerere pulchrac
Sapphiri latebras, Et praeduros Adamantas.*

1315 *Calliope, Indorum Populos, Et Regna canamus.
Ultima Terrarum Tellus aspergitur Indi
Fluctibus Oceani: primam coquit hanc radiis Sol,
Sol Hyperionius; Sol magni gratia mundi,
Astrorum Genitor, lucis Sator, Et Vigor Acthrai.
1320 Sed Genti Indorum teter color: effluu semper
His coma, liuentes imitatur crine Hyacinthos.*

RUFFI FESTI AVIENI

- Pars subit abrupti Sola cespitis, aurea ut illis
 Terrarum in latebris excludant cautè metalla:
 Pars telas statuunt, vestimenta laborant
 1325 Linca: pars Indi procurat segmina dentis,
 Atque ebur invigilat: multi quā flumina nimbis
 Auget hyems, vastum ut latè trahat agmē aquarum
 Albens, celsas evincant Aequora ripas,
 Pallantes obeunt, Beryllum prona fluenta.
- 1330 Nec procùl internis à finibus aut Adamanta
 Detulerint: his glauca debinc tornatur lāspis.
 Nec minùs baccas alii propè marmora curvis
 Excudunt conchis: pars rursum divite cura
 Herbosì lapidis Venas fudit, hiqüe rubore
 1335 Suffusas* blando quaerunt campis Amethystos,
^{al. Suffo-} Horum dives enim Tellus est Indica semper,
 Et tali scrupo cespes tumet: annibus autem
 Fertilis irriguis crebrò praelabitur Ora:
 Extendunt celsi vaga latè brachia luci,
- 1340 Et Vernal nemorum semper coma. nunc tibi formam
 Terrarum expediam, nunc carmine flumina fabor,
 Nunc rigidos montes, nunc multae denique Gentis
 Absolvam Populos. Latera agris undique in Indis
 Quatuor esse tene: coēant tot anguli ab omni
 1345 Parte, sibi obliquò claudentes extima Terrae,
 Ceu species Rhombo est. Zephyri de partibus Indus
 Gurgitis occursu fit certae terminus Orae:
 Axe Noti rubri latè Salis objacet unda:
 Flumen item Ganges fit limes cespiti Eoo:

At-

1350 Atque Lycaonia consurgit Caucasus Arcto.

Aequore qua fuso laticem producitur Indus,
Dardanidū Gens est: ubi magnus sorbet Hydriſpes
Delapsum summa saxorum mole Acesinem.

Tertius amnis item secat agri proxima Cophes.

1355 In medioque Sabae sunt cespite: Gens quoque Scodri
Propter agit: Populi que dehinc, velut ordine facto,
Hyllaeūm longas exercent vomere Terras.
Gargaridae rursum, Gens haec obnoxia Baccho,
Et glebam fulcant, & ritibus Orgia ludunt.

1360 Hic Hypanis, lateq; trahens vaga terga Cymäder,
Magnus utrumque modi dimittitur, Hermiodöontis
Rupe procùl fulvum provoluunt fluctibus aurum.
Nec minus hi campos intrant Gangitidis Orae,
Quae per fabra Notis fuso distenditur agro,

1365 Usque in celsa jacens confinia Colidis arcis.
Colis ipsa dehinc cetosi vergit in Aequor
Oceani, tantoque jugo subit Aetheris auras,
Arceat alitum subducta ut rupe volatum.
Sed circum Gangem Regio est devota Lyaeo,

1370 Perpetuique sacri talis narratur origo.

Indorum in Populos fatalia Liber agebat
Praelia, Vipereo latè Bellona flagello
Increpat, & magno tremuerunt Regna pavore,
Insistente Deo. venit ergo ad flumina Gangis,
1375 Discursuque sacro praeludit praelia Liber:
Moenades extemplo maculosae nebridis usum
Permutant clypeis, viridiique bastilia thyrso

RUPPI FESTI AVIENI

Succedunt, solvunt properantes linctea Bacchae
Vincula, viroso pectus vinxere Dracone,

1380 Pro molli vitta prarepunt crine Chelydri,
Excitoque ferus persultat in agmine Mavors.
Dux Aquilas in bella rapit, tremit Indica Tellus
* al. Tonue rem. Pressa pede, & toto tenuerunt * Classica Coelo,
Ergo & Nysaeos discit Gens ritè recessus,

1385 Et stat a sollicito deducunt Orgia ritu.
Ipse debinc diros ut Liber perculit Indos,
Emodi victor conscendit verticis arces,
Effusamque Salo Gentem procùl aspicit omnem,
Ima juga extantis vestigia gurgite canent.

1390 Oceani Eōi praetento denique Bacchus
Littore, & extrema Terrarum victor in Ora,
Dicit laurigeros post Indica bella triumphos,
Erigit & geminas Telluris fine Columnas,
Invisitque debinc Ismeni fluminis undam.

1395 Has tantum Gentes commendat Fama per Orbē:
Vile aliae Vulgus, pecorum vice, terga pererrant
Cessitis abjecti. non his aut gloria fortis
Parta manu est, aut clara decus peperere metallā
Terrarum venis: habitant ignota locorum,
1400 Semper inexpertes Famam, per inhospita degunt
Arva procùl, nullis sunt dignae denique Musis.
At Tu, Phoebe Pater, Vos clari turba, Camoenae,
Nominis, Aönio Famam inspirate labori.



RVF-

26

RUFFI FESTI AVIENI

ORAE MARITIMAE

LIBER PRIMVS.

QVAESISSE te-met saepè cogitans, Probe,
Animo, atque sensu Taurici Ponti Sinus,
Capi ut valeret his probabili fide,
Quos disternerent spatia Terrarum extima:
Subii libenter id laboris, ut tibi
Desideratum carmine hoc claresceret.
Fas non putavi quippe, prolix a die
Non subjacere sensui formam tuo
Regionis ejus, quam vetustis paginis,
Et quam per omnem spiritus nostri diem
Secretiore lectione acceperam.
Alii invidere namque, quod dispendio
Tibi haud sit ullo, agrestis, & duri reor.
His addo & illud, liberum te-met locum
Mibi effet amor, sanguinisque vinculo.
Neque sat sit istud, ni sciam te litteras,
Hiantibusque faucibus Vestarum abdita
Hausisse semper, esse patuli pectoris
Sensu capacem, talium jugem sitim
Tuo esse cordi, & esse te prae caeteris
Memorem intimati: cur inefficaciter
Secreta Rerum in non tenacem effunderem?
In non sequacem quis profunda ogganniat?

Mul-

R V F F I F E S T I A V I E N I

- Muta ergo multa compulere me, Probe,
25 Efflagitatam rem tibi ut persolverem.
Quin & parentis credidi officium fore,
Desideratum si tibi locupletius,
Profususque Musa promeret mea.
Dare expeditum, quippe non parci viri est;
30 Augere porro muneris summam novi,
Mentis benignae, satque liberalis est.
Interrogasti, sitenes, Maeotici
Situs quis esset Aequoris. Sallustium
Noram id dedisse, dicta & ejus omnibus
35 Praejudicatae auctoritatis ducier
Non abnuebam. ad ejus igitur inclytam
Descriptionem, qua locorum formulam,
Imaginemque expressor efficax styli,
Et veritatis penè in obtutus dedit
40 Lepore linguae, multa rerum junximus,
Ex plurimorum sumta commentariis.
Hecataeus istic quippe erit Milesius,
Hellanicusque Lesbius, Phileus quoque
Atheniensis, Cyryandaeus Scylax,
45 Pausimachus ille, prisca quem genuit Samos,
Quin & Damastus, nobili natus Sige,
Rhodoque Bacoris Ortus, Euclemon quoque
Popularis Urbis Atticae, Siculus Cleon,
Herodotus ipse Thyrius, tum qui decus
50 Magnum loquendi est, Atticus Thucidides.
Hic porrò habebis, pars mei cordis Probe,

Quic-

Quicquid per Aequor Insularum attollitur:
 Per Aequor illud scilicet, quod post cava
 Hiantis Orbis à Freto Tarasco,
 55 Atlanticisque fluctibus, procùl sitam
 In usque glebam proruit nostrum Mare,
 Sinusque curvos, atque prominentia,
 Ut se supino porrigat littus situ,
 Ut longè in Vndas inserant se-se juga,
 50 Celsaque ut Vrbes alluantur Aequore:
 Quis Ortus amnes maximos effuderit,
 Ut prona Ponti gurgitem intrent flumina,
 Ut ipsa rursum saepè cingant Insulas,
 Sinuntque latè ut tuta portus brachia,
 55 Ut explicentur stagna, seu jaceant lacuìs,
 Scruposum ut alti verticem montes levant,
 Stringatque nemora ut Vnda cani gurgitis.
 Laboris autem terminus nostri hic erit,
 Scythicū ut profundū, & Aequor Euxini Sali,
 60 Et si quaer in illo marmore Insulae tument,
 Edifferantur. reliqua porrò scripta sunt
 Nobis in illo plenius volumine,
 Quod de Orbis Oris, Partibusque fecimus.
 Ut aperta verò tibi-met intimatio
 75 Sudoris hujus, & laboris fit mei,
 Narrationem Opusculi paulò altius
 Exordiemur. tu exintimum jecur
 Prolata conde; namque fulcit haec fides,
 Petita longè, & eruta ex Auctoribus.

RUPPI FESTI AVIENT

- 80 *Terrae patentis Orbis effusae jacent,
Orbique rursus unda circumfunditur.
Sed quā profundum se-met insinuat Salum
Oceano abusque, ut gurges hic nostri Maris
Longè explicetur, est Atlanticus Sinus.*
- 85 *Hic Gadir Vrbs est, dicta Tartessus prius:
Hic sunt Columnae pertinacis Herculis,
Abila, atque Calpe: laeva dicti cespitis
Al. est alia. Libyae propinquae * Italia; duro perstrepunt
Septentrione, sed loco certae tenent;*
- 90 *Et prominentis hic jugi surgit caput,
(Oestrymnin istud dixit Aevum antiquius)
Molesque celsa faxei fastigii
Tota in tependem maxime vergit Notum.
Sub hujus autem prominentis vertice*
- 95 *Sinus debiscit Incolis Oestrymnicus,
In quo Insulae se-se exerunt Oestrymnides,
Laxe jacent es, & metallo divites
Stanni, atque plumbi. multa vis hic Gentis est,
Superbus animus, efficax solertia,*
- 100 *Negotiandi cura jugis omnibus.
Nolusque cumbis turbidum latè fretum,
Et belluosi gurgitem Oceanis secant.
Non hic carinas quippe pinu texere,
Facere morem non abierte, ut usus est,*
- 105 *Curvant fasello: sed rei ad miraculum,
Navigia junctis semper aptant pellibus,
Corioque vastum sièpè percurrunt Salum.*

*Ast hinc duobus in Sacram, sic Insulam
Dixere Prisci, Solibus cursus rati est.*

110 Haec inter undas multum cespitis jacit,
Eamque latè Gens Hibernorum colit.*

* Al. cef-
pisem.

*Propinquarursus Insula Albionum patet.
T arte siisque in terminos Oestrymnidum
Negotiandi mos erat, Carthaginis*

*115 Etiam Colonis, & Vulgus inter Herculis
Agitans Columnas, haec adibant Aequora:
Quae Himilco Poenus mensibus vix quatuor,
Ut ipse se-met rem probasse retulit,
Enavigantem posse transmitti adserit.*

*120 Si nulla late fabra propellunt ratem,
Sic segnis humor Aequoris pigri stupet.
Adjicit & illud, plurimum inter gurgites
Extare fucum, & saepè virgulti vice
Retinere puppim. dicit hic nihilominus*

*125 Non in profundum terga dimitti Maris,
Parvoque aquarum vix super texi solum,
Obire semper huc, & huc Ponti feras,
Navigia lentia, & languide repentina
Internatare belluas. si quis dehinc*

*130 Ab Insulis Oestrymnici lembum audeat
Vrgere in undas, Axe quæ Lycaonis
Rigescit Aethra, cespitem Ligurum subit
Cassum Incolarum. namque Celtarum manu,
Crebrisque dadum praeliis vacuata sunt.*

135 Liguresque pulsi, ut saepè fors aliquos agit,

RUFFI FESTI AVIENI

* Venere in ista, quae perhorrenteis tenent
Plerumque dumos: creber bis scrupus locis,
Rigidaeque rupes, atque montium minae
Coelo inseruntur. Et fugax Gens haec quidem
140 Diu inter arcta cautium duxit diem,
Secreta ab Undis; nam Salimetuens erat
Priscum ob periculum: post quies, Et otium,
Securitate roborante audaciam,
Persuasit altis devehit cubilibus;
145 Atque in Marinos jam locos descendere.
Post illa rursum, quae super fati sumus
Magnus patescit Aequoris fusi Sinus.
Ophiusam* adusque, rursum ab hujus littore
teximus. Iternum ad Aequor, quæ Mare insinuare se
150 Dixi antè Terris, quodque Sardum nuncupat,
Septem dierum tenditur reditu viae.
Ophiusa porrò tanta panditur latus,
Quantam jacere Pelopis audis Insulam.
Graiorū in agro haec dicta primo Oestrymnis,
155 Locos, Et arva Oestrymnicis habitantibus.
Post multa, serpens effugavit Incolas,
Vacuamque glebam nominis fecit sui.
Procedit inde in Gurgitis Veneris jugum,
Circumlatratque Pontus Insulas duas,
160 Tenue ob locorum inhospitas. Aryjum
Rursum tumescit prominens in asperum
Septentrionem. cursus aut hinc clausibus
Usque in Columnas efficacis Herculis

Quin-

- + *Quinque est dierum. post Pelagia est Insula,*
165 Herbarum abundans, atque Saturno sacra:
Sed vis in illa tanta naturalis est,
Vt si quis hanc in navigando accesserit,
Mox excitetur propter Insulam Mare,
Quatiatur ipsa, Et omne subsiliat Solum
170 Altè intremescens, caetero adsteni vicem
Pelago silente. prominens surgit dehinc
** Ophiusa è moras, absque Arvi jugo*
In hæc locorum bidui cursus patet.
At qui debiscit inde prolixè Sinus,
175 Non totus uni facile navigabilis
Vento, recedit nunquam medium aceris
Zephyro vehente, reliqua deposita Notum.
Et rursus inde si petat quisquam pede
Tarcessiorum littus, exuperet viam
180 Vix luce quarta: si quis ad nostrum Mare,
Malachaeque Portum semitam tetenderit,
In quinque Soles est iter. tum Cepresicum
Iugum intumescit: subjacet porrò Insula,
Achale vocata ab Incolis. agresti fides
185 Narrationis prærei miraculo:
Sed quam frequens auctoritas sat fulciat.
Ajunt, in hujus Insulae confiniis
Nunquam esse formam gurgiti reliquo parem:
Splendorem ubique quippe inesse fluctibus
190 Vitri ad nitorem, Et per profundum marmoris
Coæaneam in Undis esse certum imaginem est,

Con-

R V F F I F E S T I A V I E N I

- Confodiat illic Aequor immunda luto,
Memorant vetusti, semper atque sordibus
Ut foeculentos gurgites haerescere.
- 195 Cempsi, atque Saefes arduos colleis habent.
Ophiusae in agro propter bos pernix lucis,
Draganumque proles sub nivoſo maxime
Septentrione conlocaverant larem.
- Poetanion autem est Insula, ad ſe fumum latet,
- 200 Patulusque portus, inde Cempſis, adjacent
Populi Cynetum, Cyneticum jugum.
Qua Syderalis lucis inclinatio eſt,
Altè tumescens ditis Europae extimum
In beluosi vergit Oceani Salum.
- 205 Ana amnis illic per Cynetas effluit,
Sulcatque glebam. panditur rurſus Sinus,
Canusque cespes in Meridiem patet.
Memorato aliam in gemina ſe-ſe flumina
Scindunt repente, per quae praedicti Sinus
- 210 Crassum liquorem, quippe pingueſcit luto,
Omne hic profundum lenta trudunt agmina.
Hic Insularum ſe-met altè ſubrigit
Vertex duarum; nominis minor indigna eſt,
Aliam vocavit mostenax Agonida.
- 215 Inhorret inde rupibus cautes ſacra,
Surni ipsa, fervet inlifum Mare,
Litiusque latus ſaxeum diſtenditur.
Hirtae hic capellae, multus Incolis caper
Dumosa ſemper intererrant cefpitem.

Ca-

- 220 *Castrorum in usum, & nauticis velamina
Productiores, & graves setas alunt.
Hinc dictum ad amnem Solis unius via est,
Genti & Cynetum hic terminus. T artessius
Ager his adhaeret, adluitque cespitem,*
- 225 *T artessus amnis. inde tenditur jugum
Zephyro sacratum: denique Arcis summitas
Zephyris vocata, celsa sed fastigia
Iugo eriguntur, vertici multus timor,
Conscendit auras; & super Syderis quasi*
- 230 *Caligo semper nubilum condit caput.
Regio omnis inde maximè herboſo Solo eſt,
Nebulosa juge bis incolis convexa ſunt,
Coactus aér, atque craffior dies,
Noctisque more ros frequens: nulla ut ſolet,*
- 235 *Flabra inferuntur, nullus AEthram diſcutit
Supernè venti ſpiritus, pigrā incubat
Caligo Terras, & Solum latè madet.
Zephyridos Arcem ſi quis excedat rate,
Et inferatur gurgiti noſtri Maris,*
- 240 *Flabris vehetur protinus Favoni.
Iugum inde rufus & ſacrum Infernae Deae,
Divesque Fanum penetrat abſtruſi cavi,
Aditumque caecum. multa propter eſt palus,
Et rephaea dicta: quin & Herbi Civitas*
- 245 *Stetiffe fertur bis locis prisca die,
Quae praeliorum abſumta tempeſtatibus,
Famam atque nomen ſola liquit cefpiti.*

An-

IUVFFI FESTI AVIENI

- Anhyberus inde manat amnis & locos
Foecundat unda. plurimi ex ipso ferunt,
250 Dictos Hyberos, non ab illo flumine.
Quod inquietos Vasconas praelabitur.
Nam quicquid amni gentis hujus adjacet
Occiduum ad Axem, Hyperiam cognominant.
Pars porro Eoa continet Tartessios,
255 Et Cilbicos. Cartare post Insula est,
Eamque pridem influxe, satis est fides,
Tenuere Cempsi: proximorum poste a
Pulsi duello, varia quae situm loca
Se protulere. Cassius inde mons tumet,
260 Et Graja ab ipso lingua Cassiterum prius
Stannum vocavit. inde fani est prominens,
Et quae vetustum Graeciae nomen tenet,
Gerontis Arx esteminus: namque ex ea
Geryona quondam nuncupatum accepimus.
265 Hic Ora late sunt Sinus Tartessii.
Dicto que ab amne in haec locorum, puppibus
Via est diei. Gadir hic est oppidum:
Nam punicorum lingua, conceptum locum,
Gadir vocabat: ipsa Tartessus prius
270 Cognominata est. multa & opulens Civitas
Aevo vetusto, nunc egena, nunc brevis,
Nunc destituta, nunc ruinarum ager est.
Nos hoc locorum praeter Herculaneam
Solemnitatem, vidimus miri nihil.
275 At vis in illis tanta, vel tantum decus

Aeta-

- Aetate prisca sub fide Rerum fuit,*
Rex ut superbus omniumque praeponens,
Quos Gens habebat, fortè tum Maurusia,
Octaviano Principi acceptissimus,
 280 *Et litterarum semper in studio Iuba,*
Interfluoque separatus Aequore,
Inlustriorem semet Urbis istius
Duum-Viratu crederet. Sed Insulam
Tartessus amnis ex Ligustico Lacu
 285 *Per aperta fusus, undique ab lapsu ligat.*
Neque iste tractu simplici provolvitur,
Vnusvè sulcat subjacentem cespitem.
Tria ora quippe parte Eöi luminis
Infert in agros, ore bis gemino quoquè
 290 *Meridiana Civitatis adluit.*
At mons paludem incumbit Argentarius,
Sic à vetustis dictus ex specie sui.
Stanno iste namque latera plurimo nitet,
Magisque in Auras eminùs lucem evomit,
 295 *Cùm Sol ab igne celsa perculerit juga:*
Idem amnis aut fluctibus stanni gravis
Ramenta voluit, inuehitque moenibus
Dives metallum. quà dehinc ab Aequore
Salsi fluenti vasta per medium Soli
 300 *Regio redit, gens Etmaneum accolit.*
Atque indè rursus usque Cemporum sata
Ileates agro se feraci porrigunt.
Maritima verò Cibici possident.

RUFFI FESTI AVIENI

Gerontis Arcem, & prominens Fani, ut suprà
305 Sumus eloquuti, distinet medium Salum,
Interque celsa cautium cedit Sinus.
Iugum ad secundum flumen amplum evolut.
Tartessiorum mons debinc attollitur,
Sylvis opacus. hinc Erythia est Insula,
310 Diffusa glebam, & Iuris olim Punici.
Habuere primò quippe eam Carthaginis
Priscae Coloni, interfluoque scinditur
Ad continentem quinque per stadia modò.
Erythia ab Arce, qua diei occasus
315 Veneri Marinac consecrata est Insula.
Templumq; in illa Veneris, & penetral cavaum,
Oraculumque monte ab illo, quem tibi
Horrere sylvis dixeram, in Veneris.*
Littus recline, & nolle arenarum jacet,
320 In quas Besilus, atque Cilbus flumina
Vergent fluentum. post in occiduum diem
Sacrum superbas erigit cautes jugum.
Locum hunc vocavit Herma quondam Graecia
Est Herma porrò cespitem munitio,
325 Interfluumque altrinsecus munit locus.
Aliisque rursus Herculis dicunt Viam:
Stravisse quippe Maria fertur Hercules,
Iter ut pateret facile captivo gregi.
Porro illud Herma jure sub Libyci Soli
330 Fuisse pridem, plurimi Auctores ferunt.
Nec respuendus testis est Dionysius,

Li-

Libyae esse finem qui docet Tarteſium.

Europae in agro, quod vocari ab Incolis

Sacrum indicavi, prominens subducitur

33^o *Locus . utrosque interfluit tenue Fretum,*

Quod Herma porrò, aut Herculis dictū est Via.

Amphipolis Vrbis Incola hoc Daemon ait.

Non plus habere longitudinis modò,

Quām porriguntur centum & octo millia,

34^o *Est distineri † † † millibus tribus.*

Hic Herculanae stant Columnae, quas modū

Vtriusque haberি continentis legimus.

Sunt parva porrò saxa prominentia,

Abila, atque Calpe: Calpe in Hispano Solo,

345 *M aurofiorum est Abila: namq; Abila vocant*

Gens Punicorū, mons quōd altus Barbaro est,

Id est, Latino, dici, ut Auctor Plautus est.

Calpequé rursum in Graecia, species cavae,

Tereſeque viſu nuncupatur, & jugi.

350 *Atheniensis dicit Euctemon item,*

Non esse saxa, aut vertices ad surgere

Parte ex utraque : cespitem Libyci Soli,

Europae & oram memorat Insulas duas

Iter acervi : nuncupari has Herculis,

355 *Ait, Columnas: stadia triginta refert,*

Has distinere; horrere sylvis undique,

In hospitasque semper esse nauticis.

In esse quippe dicit ollis Herculis

Et Temples, & Aras: in uehi aduenas rates,

RUFFI FESTI AVIENI

- 360 *Deo litare, abire festino pede,
Nefas putatum demorari in Insulis.
Circum atque juxta plurimo
Manere tradit tenue prolixè Mare.
Navigia onusta adire non valent locos,*
- 365 *Breve ob fluentum, & pingue littori lutum.
Sed si voluntas forte quem subegerit,
Adire Fanum, propter ad Lunae Insulam
Agere carinam, eximere classi pondera.
Leviisque Cymba vix superferri Salo.*
- 370 *Sed ad Columnas quidquid interfunditur
Vndae aestuantis, stadia septem vix ait
Damastius esse. Caryandaeus Scylax
Medium fluentum inter Columnas adserit
Tantum patere, quantus Aestus, Bosphoro est.*
- 375 *Ultra has Columnas propter Europae latus
Vicos, & Urbeis Incolae Carthaginis
Tenuerre quondam: mos at ollis hic erat,
Vi planiore texerent fundo rates.
Quò Cymbatergum fusior, brevius Mare*
- 380 *Praelaberetur. porrò in Occiduum plagam
Ab his Columnis gurgitem esse interminum,
Latè patere Pelagus, extendi Salum,
Himilco tradit. nullus haec adiit Frcta,
Nullus carinas Aequor illud intulit,*
- 385 *Desint quod alto flabra propellentia.
Nullusque puppim spiritus Coeli juvet.
Dehinc quod Aethram, quod amiclu vesti. it*

Ca

- Caligo* se per nubila condat gurgitem,
Et crassiorem nubilum perficit die.*
- 390 *Oceanus iste est, Orbis effusi procul
Circumlatratur iste Pontus maximus.
Hic gurges horas ambiens, hic intimi
Salis irrigator, hic parens nostri Maris:
Plerosque quippe extrinsecus turbat Sinus,*
- 395 *Nostrumq; in Orbem vis profundi inlabitur.
Sed nos loquemur maximos tibi quatuor.
Prima hujus ergo in cespitem insinuatio est,
Hesperius Aestus, atque Atlanticum Salum,
Hyrcana rursus Vnde, Caspium Mare,*
- 400 *Solo Indorum terga fluctum Persici,
Arabisque gurges sub tepente jam Noto.
Hunc usus olim dixit Oceanum vetus,
Alterque dixit mos Atlanticum Mare.
Longo explicatur gurges hujus ambitus,*
- 405 *Produciturque latere prolixè vago.
Plerumque porrò tenue tenditur Salum,
Ut vix arenas subjacentes occulat.
Exuperat autem gurgitem fusus frequens,
Atque impeditur Aestus hic uligine,*
- 410 *Vis vel varium Pelagus omne internatat,
Multusque terror ex feris habitat Freta.
Haec olim Himilco Poenus Oceano super
Spectasse se-met, & probasse retulit.
Haec nos ab imis Punicorum Annalibus*
- 415 *Prolata longo tempore, edidimus tibi.*

Nunc

RUFFI FESTI AVIENI

- Nunc jam recursus ad priora sit stylo.
Igitur Columnae, ut dixeram, Libystidis
Europae in agro aduersa surgit altera.
Hic Chrysus amnis intrat altum gurgitem:
420 Ultra, citraque quatuor Gentes colunt,
Nam sunt feroceis hoc loci Liby-phoenices,
Sunt Massieni, Regna Selbyssima, sunt
Feracis agri, & divitis Tartessii,
Qui porriguntur in Galaticum Sinum.
425 Hos propter autem mox jugum Barbetum est,
Malachaeque flumen, Urbe cum cognomine.
Maenace priore quae vocata est Saeculo.
Tartessianorum Iuris illuc Insula
Antistat Urbem, Noctilucae ab Incolis
430 Sacrata pridem: in Insula stagnum quoque,
Totusque Portus Oppidum, Minace super.
Qua se-se ab undis Regio dicta substrabit,
Sifurus alto monstumet cacumine,
Affurgit inde vasta cautes, & Mare
435 Intrat profundum: pinus hanc quondam frequens
Ex se vocari sub sono Grajo dedit.
Phanumque ad usque Veneris, ac Veneris jugum
Littus recumbit. porrò in isto littore
Stetere crebrae Civitates anteà,
440 Phoenixque multus habuit hos pridem locos.
In hospitales nunc arenas porrigit
Deserta Tellus, orba cultorum Sola
Squalent, jacentque. Veneris abdito jugo

Spe-

- Spectatur Herma cespitis Libyci procùl,
 445 Quod antè dixi: littus hìc rursum patet,
 Vacuum Incolarum nunc, & abjecti Soli.
 Porrò ante & Urbes hìc stetere plurimae,
 Populique multi concelebrarunt locos.
 Nam natus inde Portus * op * pe *
 450 Se Massenum curvat alto ab Aequore,
 Sinuque in imo surgit altis moenibus.
 Urbs Massena post jugum Traète eminet,
 Brevisque juxta Strongyle stat Insula.
 Dehinc in hujus Insulae confiniis
 455 Immensa tergum latera diffundit palus
 Theodorus illuc. nec stupori sit tibi,
 Quod in feroci, barbaroque stat loco,
 Cognomen hujus Gracciae accipis sono
 Prorepit amnis: ista Phoenices priùs
 460 Loca incolebant. rursus hinc se littoris
 Fundunt arenae, & littus hoc tres Insulae
 Cinxere latè. hìc terminus quondam stetit
 Tartessiorum, hìc Herna Civitas fuit.
 Gymnetes istos Gens locos insederant.
 465 Nunc destitutus, & diù Incolis carens,
 Sibi sonorus Alebus amnis effluit.
 Post haec per undas Insula est Gymnesia,
 Populo Incolarum quae vetus nomen dedit,
 Ad usque cani praefluentis alveum.
 470 Pityussae & inde proferunt se-se Insulae,
 Balearicarum latè Insularum dorsa sunt,

Et

R V F F I F E S T I A V I E N I

Et contra Iberi in usque Pyrenae jugum,

Ius protulcre, propter interius Mare

Late locati . prima eorum Civitas

- 475 *Ilerda surgit. Litus extendit debinc
Steriles arenas. Hemeroscopium quoque
Habitata pridem hic Civitas, nunc jam Solum
Vacuum Incolarum, languido stagno madet.
Attollit inde se Sitana Civitas,*

- 480 *Propinquo ab amni sic vocata Ibericis.
Ncque longe ab hujus fluminis divortio
Praestringit amnis Tyrius Oppidum Tyrin.
At quarecedit ab Salo Tellus procùl,
Dumosa late terga Regio porrigit:*

- 485 *Berybraces illic, Gens agrestis, & ferox,
Pecorum frequentes intererrabat greges.
Hi lacte se-met, atque pingui caseo
Praedurè alentes, proferebant spiritum,
Vicem ad ferarum. post Craprasiae jugum*

- 490 *Procedit altè, ac nuda littorum jacent,
Ad usque cassae Chersonesi terminos.
Palus per illa Naccararum extenditur:
Hoc nomen isti nam paludi mos dedit.
Stagnique medio parva surgit Insula,*

- 495 *Ferax olivi, & hinc Minervae sat sacra.
Fuere propter Civitates plurimae:
Quippe hic Hylactes, Hystra, Sarna, & nobiles
Tyrichae stetere: nomen Oppido vetus,
Graiae Incolarum maximè memorabiles*

Per

- 500 Per Orbis Oras: namque praeter cespitis
 Foecunditatem, quà pecus, quà palmitem,
Quà dona flavae Cereris educat Solum,
 Peregrina Ibero subvehuntur flumine.
 Iuxta superbus mons Acer caput exerit,
 505 Oleumque flumen proxima agrorum secans,
 Geminos jugorum vertices interfluit.
 Mox quippe Sellus (nomen hoc monti est vetus)
 Ad usque celsa nubium subducitur.
 Adstabat istum Civitas Lebedontia
 510 Priore saeclo, nunc ager vacuus Lare,
 Lustra, & ferarum sustinet cubilia.
 Post haec arenae plurimo tractu jacent.
 Per quas Salauri Oppidum quondam stetit,
 In queis & olim prisca Calliopolis fuit,
 515 Calliopolis il * * * menium
 Proceritatem, & celsa per fastigia
 Subibat auras, quae Laris vasti ambitu
 Latere ex utroque. piscium semper ferax
 Stagnum imprimebat. inde Tarraco Oppidum,
 520 Et Barcilonum amoena sedes ditium.
 Nam pandit illuc tuta portus brachia,
 Vtique semper dulcibus Tellus aquis.
 Post Indigetes asperi se proferunt.
 Gens ista dura, Gens ferox, vaenatibus,
 525 Lustrisq; inhaerens tum jugum Celebandicū
 In usque salsam dorsa porrigit Thetym.
 Hic adstitisse Civitatem Cypselam,

M

Iam

RUFFI FESTI AVIENI

Iam Famatantum est: nullanam vestigia
Prioris Vrbis asperum seruat Solum.

530 Debiseit illic maximo Portus sinu,
Cavumque latè cespitem inrexit Salum.
Post quae recumbit littus Indigeticum,
Pyrenae ad usque prominentis verticem.
Post littus illud, quod jacere diximus,

535 Tractu supino se Malodes exerit
Mons inter undas *** tument sca *
Geminusque ver. * * * * *
Hos inter aut Portus effusè jacet,
Nullisque fabris Aequor est obnoxium.

540 Sic omne latè, praelocatis rupibus,
Latus ambiere cautium cacumina,
Interque saxa immobilis gurges latet,
Quiescit Aequor, Pelagus inclusum stupet:
Stagnum inde Tonimontium in radicibus,
545 Tononitac attollitur rupis jugum,
Per quae sonorus volvit Aequor spumeum:
Anystus amnis, Salum fluctu secat.
Haec propter undas, atque salsa sunt Eretæ.
At quicquid Agri cedit alto à gurgite,

550 Caeretes omnes, Aucocaeretes prius.
Habuere duri: nunc pari sub nomine
Gens est Iberum. Cordus inde denique
Populus agebat inter avios locos,
Ac pertinentes usque ad interius Mare,
555 Quæ piniferae stant Pyrenae vertices,

In-

Inter ferarum lustra duceba *
 Et Arva latè, & gurgitem Ponti premit.
 In Sordiceni cespitis confinio
Quondam Pyrenae Latera Civitas ditis Laris
 560 Stetisse fertur: hicque Massiliæ Incolæ
 Negotiorum saepe versabant vices.
 Sed in Pyrenaem ab Columnis Herculis,
 Atlanticoque gurgite, & confinio
 Zephyris Oræ, cursus est celeri rati
 565 Septem dierum post Pyrenæum jugum
 Iacent arenæ littoris Cynætici,
 Easque latè fulcat amnis Roschinus.
 Hoc Sordicenæ, ut diximus, glebae Solum est.
 Stagnum hic, palusque quippe diffusè patet,
 570 Et Incolæ istam Fordicen cognominant.
 Praeterque vasti gurgitis crepulas aquas:
 Nā propter amplum marginis laxac ambitū,
 Ventis tumescit saepe percellentibus.
 Stagno hoc ab ipso Sordus amnis effluit,
 575 Ru * * * effluentis hostiis.
 * * * * *

Sinuatur alto, & propria per dispendia
 Cespes cavatur, eripit unda longior,
 Molesque multa gurgitis distenditur.
 580 Treis namque in illo maximæ stant Insulæ,
 Saxisque duris Pelagus interfunditur.
 Nec longè ab isto, cespitis rupti Sinus
 Alter dehiscit, Iusulasque quatuor

RUFFI FESTI AVIENI

(At priscus usus dixit has omnis Piplas)
585 *Ambit profundo. Gens Eleficum prius
Loca haec tenebat; atque Naro Civitas
Erat ferocis maximum Regni caput.*
*Hic Salsum in Aequor amnis Attagus ruit:
Heliceque rursus hic palus juxta debinc*
590 *Besaram stetisse Fama cassa tradidit.
At nunc Heledus, nunc Orobos flumina
Vacuos per agros, ruinarum aggeres
Amoenitatis indices priscæ meant.
Nec longè ab istis Thyrius alto evolvitur,*
595 * * Cinorum agmen *
*Num quæ excitent fluctuum volumina,
Sternatque semper gurgitem Alcyonae quies.
Vertex ad hujus cautes è Regione se
Illi eminenti porrigit, quod candidum
600 *Dixi vocari. Blasco propter Insula est,
Teretique forma cespes editur Salo.
In continenti, inter adsurgentium
Capita jugorum, rursum arenosi Soli
Terga explicantur, sequè fundunt littora
605 Orba Incolarum. Setyus inde mons tumet
Procerus Arcem, pinifer Ecyi jugum
Radice fusa, in usque Taurum pertinet.
Taurum paludem namque Gentici vocant
Oram propinquam flumini. hujus alveo
610 Ibera Tellus, atque Ligyes asperi
Intersecantur. hic sat angusti Laris,**

T e-

Tenuisque censu Civitas Polygium est.

Tum Mansa Vicus, Oppidumque Naustalo,
Et Vrbs * * haefice gen * sale

615 * * * *

Ejusque in Aequor Clasius amnis influit.

At Cimenice Regio descendit procùl

Salso ab fluento, fusa multo cespite,

* Et à prisca sylvis nominis porrò Auctor.

620 Mons dorsa celsus: hujus imos aggeres

Stringit fluento Rhodanus, atque scrupeam

Molem imminentis intererrat Aequore.

Ligures ad undam se-met interni Maris,

Secyena ab Arce, & rupe saxosi jugi

625 Procùl extulére. sed quasi exposcit locus,
Rhodani ut fluentum pleniùs tibi differam.

Styli immorantis patere tractatum, Probe:

Quippe amnis ortum, gurgitis lapsum vagi,

Quas iste Genteis lambat unda fluminis,

630 Quantoque manet Incolis compendio,
Et ostiorum fabimur divortia.

Nivosum in auras erigunt Alpes jugum

A Solis ortu, & arva Galici Sali

Intersecantur scrupo eo fastigio,

635 Et anhela semper flabra tempestatibus.

Effusus ille, & ore se-met erigens,

Hiantis antri vi truci sulcat Sola,

Aquarum in ortu, & fonte primo naviget:

Ad rupis illud erigentis se latus,

Quod

RUFFI FESTI AVIENI

- 640 † *Quod Dedit amne Gentici cognominant*
Solis Columnas. tanto enim fastigio
In usque celsa nubium subducitur
Meridianus Sol, ut oppositu jugi
Conspicuus haud sit cum relatus diem
- 645 *Septentrionum acer ferit confinia.*
Scis nam fuisse ejusmodi sententiam
Epicureorum, non Occasu premi,
Nulos subire gurgites, nunquam occuli,
Sed obire Mundum, obliqua Coeli currere,
- 650 *Animare Terras, alere Lucis pabulo*
Convexa cuncta, invicem Regionibus
Cer negari candidam Phœbi facem*
*Resi * * * * **
Meridi. inam cum secuerit Orbitam,
- 655 *Cum lumen Axi Atlantico inclinaverit,*
Vt in supremos ignem Hyperboreos agat,
Ac Haemoniaco quæ se-met Ortui ferat,
Discreta in Aethra flectitur, curvo ambitu,
Metamque transit; cumque nostro obtutui
- 660 *Iubar negarit, tetra Nox Cœlo ruit,*
Caecaeque nostra protinus tenebrae tegunt:
Dies ac illos clara tunc inluminat,
Septentrione qui superposito rigent.
Cum rursus umbra Noctis Arctooshabet,
- 665 *Genus omne nostrum splendidum ducit diem.*
* *Meat amnis aut fonte per Tylangios,*
Per Daliternos, per Clabilcorum sata,

Te-

Temenicum & agrum, dura sat vocabula,
 Auremque primam cuncta vulnerantia:
 670 Sed non silenda tibi-met, ob studium tuum,
 Nostramque curam. panditur porrò in decem
 Vexit recursu gurgitum stagnum grave,
 Plerique tradunt: inserit se-met debinc
 Vastam in paludem, quam vetus mos Graeciae
 675 Vocavit Accion, quae praecipites aquas
 Stagni per Aequor egerit. rursum effluus
 Arctans, quà se-se fluminum ac formam, debinc
 Atlanticos in gurgites, nostrum in Mare,
 Et Occidentem contuens, evolvitur,
 680 Patulasque arenas quinque sulcat ostiis.
 Are latus illuc Civitas attollitur,
 Theline vocata sub priore saeculo,
 Grajo incolente. multa nos Rhodano super
 Narrare longo res subegerunt stylo.
 685 At nunquam in illud animus inclinabitur,
 Europam ut isto flumine, & Libyam adseram
 Disterminari, Phileus hoc quamquam vetus
 Putasse dicat Incolas. respectui,
 Derisive in scitia haec sit barbara,
 690 Et compete * * * * *

Cursus carinae biduo, & binactio est.
 Gens hinc Nearchi, Bergineque Civitas,
 Salyes atroces, Oppidum priscum Ramas,
 Trabalaes paludes, terga celsum prominens,
 695 Quod Incolentes Cecylistrium vocant.

Mas-

RUFFI FESTI AVIENI

*Mafilia ē ipsa est, cuius Vrbis hic fitus:
Pro fonte littus praejacet, tenuis via
Patet inter undas, latera gurges adluit,
* Stagnū lambit Vrbem, ē unda lambit Oppidū,
700 Laremque fusa Civitas, penè Insula est.
Sic Aequor omne cespiti infudit manus,
Labos ē olim conditorum diligens
Formam locorum, ē arva naturalia
Fulcit arte; si quae prisca te juvant,
705 Haec in novella nominum deducere.*

* * * * *



ARA-

A R A T I
P H O E N O M E N A
R V F F O F E S T O A V I E N O
P A R A P H R A S T E.

CArminis inceptor mihi Jupiter: auspice terras
Linquo Iove, excelsā referat dux Jupiter Aethrā:
Imus in Astra, Iouis monitu: Iouis omne Coelum,
Et Iouis imperio mortalibus Aethera pando.

Hic statio, hic sedes primi Patris, iste paterni
Principium motus, vis fulminis iste corusci,
Vita Elementorum. Mundi calor, Aetheris ignis,
Astrorumque vigor, perpes substantia Lucis,
Et numerus celsi modulaminis: hic tener Aer,
Materiaeque gravis concretio, succus ab alto
Corporibus Coelo, cunctarum alimonia Rerum,
Flos, flamma Anima, qui discurrente meatu,
Mentis primigenae penetralia dura resoluens,
Implevit largo venas operatus Amore,
Ordinis ut proprii foedus daret iste, calorem:
Quo digesta capax solidaret semina Mundus,
In servit ritè hunc primum, medium, atq; secundum.
Vox secreta canit sibi. nam permixtus utrinque,
Et fultus se-se geminum latus, unus & idem est
Auctor agendorum, propriique patrator Amoris,
Et Mundi verè Pastor sacer, hic Chaos altum

ARATI PHOENOMENA

Lumine perrumpit: tenebrarū hic vincula primus.
Solvit, & ipse Paren's Rerum fluitantia fixit:
Hic dispersa locis statuit primordia justis:
Hic digestorum speciem dedit, iste colorem:
Imposuit rebus, sexuque immixtus utroque,
Atque Aevi pariter gemini, simùl omnia lustrans:
Sufficit alterno res semine; rerum Opifex hic,
Hic Altor Rerum, Rex Mundi, celsa Potestas
Aetheris, atque Erebi, pigra inclinatio nodi,
Insociabilium discretio justa Deorum,
Cujus & extre'mum Tellus opus, ignea cujus:
Lumina sunt late, Sol & Soror: ille, Dici
Tendat ut infusi rutilum jubar, altera, Noctis:
Ut face flammanti tenebro'los rumpat amictus:
Nec defit genitis Pater ullo in tempore rebus.
Istius ille anni pulcher Chorus, alta ut hebescat:
Terra gelu, Ver ut blandis ad rideat arvis,
Pulverulenta siti Tellurem ut torreat Aestas,
Et gravis Ausumni redeat foetura Parentis:
Hoc duce per tumidi ferimus freta gurgitis, isto
Praeceptore Solum gravibus versamus aratri:
Iste modum statuit Signis, hic rebus honorem:
Infundit, tenebris hic interlabitur Aethrae:
Viscera, & aeternos animat genitabilis artus.

Denique ne longum marcentia corda jacerent,
Mundus enique ortus mens immenor, omnia serfim.
Vilia coniperet; neque se subducet unquam,
Fontis in asterni primordia, quo vclut annis,

Quem

Quem festina citis urget Natura fluentis,
 Latu continuo ruiturae in corpora nostra
 Prorumpunt animae, seriemq; per Aethera necit,
 Hic primum Cnidii radium senis intulit Astris,
 Mortalemque loqui docuit convexa Deorum,
 Cur Hyperionios Nepa circunflecteret ignes,
 Autumni reditu: cur sub gelido Capricorno
 Bruma pruinosa juga tristia solveret Anni:
 Cur spacium lucis madidae cur tempora noctis.
 Libra, celerque Aries demerso pondere Olympi
 Aequarent, qua parte Polus sublimior alto
 Cardine caeruleas Thetidis non tangeret undas:
 Quis Polus umbrifero lateat declivis in Axe,
 Et vaga pallanti cur Signa errore ferantur:
 Quae rursum ingenio, numerisque solensibus idem
 Iupiter efferrit melius dedit incola Tauri,
 Musa ut Cecropios raperetur, & Aonas Agros.
 Me quoque nunc similis stimulat furor edere versu
 Tempora, cum duris versare lagonibus Arva
 Conveniat, cum velivolo dare Carbasa Ponto,
 Et cum victicom o crinem tondere Lyaeo.
 O mihi nota adyti jam Numinia Parnassi,
 O permulta operum mea semper cura Camoenae,
 Iam placet in Superum visus sustollere Coelum,
 Atque oculis referare viam per Sidera: major.
 Major agit mentem solito Deus; ampla patescit
 Cirrha mihi, & totis se Helicon inspirat ab anbris.

ARATI PHENOMENA.

A R C T O S.

Omnia, quae flāmis pingunt radiantibus Aethrā,
Nox Ē agit, verso ceu fixa trahuntur Olympo:
At non cuncta tamen Signorum in lege putanda:
Nam numeris, Ē bonore carēs micat omnibus ignis,
Et rutilo cunctis flagrat coma flammæ crine:
Sed quia non certa formarum in luce notantur
Omnia, Sideribus cassum fit coetera Volgus.
Mobilis etiam Mundi sē machina versat,
Ponderis Ē proprii trahit inclinatio Coelum:
Sed non Axis item curvi vertigine fertur
Aetheris, ut stylus instabili convolvitur Orbi,
Luce manente, tenuisque procūl sacra viscera Coeli
Perforat, Ē mediae molem Terræ tenet: illum
Non prolixa dies, non incumbentis Olympi
Cursus agit, motatve loco labor, ut semel haerens
Constitit, Ē ferri se circum cuncta remisit,

Nec minus extremo dispar Polus: Oceano pars
Sublime erigitur subit altera mersa sub undas
Pars Erebum, Ē nigri jacet haec ut conscientia ditis:
Hic Notus horriferis Aquilonibus illa rigescunt.
Haec teres in gemina stridit vertigine Cardo.
Alter in obtutum facilis latet, alter Ē also
Deprimitur Barathro. Sed quā sublimior Axis
Tethyos undosae linquit cetosæ fluenta,
Contemplare sacras ut Mundus subiit Arctos.
Sic Astrum diei Cnidius dedit, Aufsone easdem

Voce

Voce Feras, Vrsasque, & Palustra vocare solemus:
 Fabula namque Vrsas, species dat Plausta videri.
 Has Pater Omnipotens nemorosi in valle Lycei
 Ad suetas duris quondam venatibus, Aethrae
 Intulit, & rapto genitricis flore sacravit:
 Vel ceu Fama dehinc docet altera, Creta ubi fluctu
 Tunditur insanis latè circumsona Cauris,
 Iupiter has idem Rerum memor indultarum,
 Et custodit ac referens pia dona salutis,
 Cum puer agrestes inter Curetas, & inter
 Dicteae longum latuit crepitacula rupis,
 Scandere flammigerum victor permisit Olympum,
 Nescia signa Salis, nocturnique inscia casus,
 Hospita & insanis Aquilonibus: haud tamen ollis
 Ora, vel adverso sunt obvia pectora motu:
 Versa Lycaoniis, sed suspectatur in Vrsis
 Forma super: pariterque Polo vestigia librant,
 In spinam & flammis ardentia dorsa jacentes.
 Sic Iouis altricis teretem propè cardinis Axem,
 In caput, inque humeros Helice, Cynosuraq; versae,
 Praeficia venturis dant semper signa procellis.
 Namq; Helice Grajos, Tyrios Cynosura per altum
 Parva regit: non ull'a facem succenderit unquam
 Stella prior, neque flammigerus edixerit ortus
 Ante alia, immerso cum jam titanius Orbe.
 Imbuit & tremulo T artesia terga rubore,
 Crescia quam flammans inter primordia noctis
 Major agat, vultusque sacros ostendat Olymbo.

ARATI PHOENOMENA

Illicet parvo jaceat temone per Aethram,
Verior, infidum tamen est currentibus Aequor.
Cardine non toto convertitur, haud mora longos
Pigratenet gyros, neque ceu mollita parumper
Flectitur, aut tardo cohabet cunctamina lapsu,
Denique Sidoniis Dux est Cynosura carinis:
Rectior undoso cursus sulcatur in Aestu.

Inter utramque debinc praeclari nominis Arcton.
Ceu circumflexo sinuantur flumina lapsu,
Squamatus agmen agens Draco voluitur, atq; obit ambas
Spirarum curvis anfractibus: hunc quoque, ut artus
Longius effusum, spacio*s*a volumina tendunt.
Compta Lycaoniis includunt Plausta Choreis:
Quae caput est Helices fundunt se. se ultima monstri
Agmina, & bac Coeli vix cauda in parte quiescit:
Altera qua spirae sinus est, sublime reponit
Verticis. & curvo ceu circunclusa Dracone,
In dorsum alterius dorso jacet, Anguis ab ore
Vertitur, ac longè postremam lapsus in Arcton.
Rursum majoris repeat confinia Signi.
Nec quae Stella caput flamarum insignit honore,
Sola micat, sola verubent incendia crista:
Sed setosa duplex adolet duo tempora fulgor,
Et dico sub geminis oculi fulgoribus ardent.
Unicus ignis item mento aestuat, ipsaque forma
Verticis in nutum veluti curvata parumper,
Qua per dimensos demittitur ordo meatus,
Flectitur atque Helices caudam spectare videtur.

Cu-

*Cujus in extremum spacio propiore per Aethram,
Sibila portenti succedunt ora Draconis.*

*Quin super illa etiam, summa confinita cauda
Stella subit, dextri quae temporis igne coruscans,
Aemula vicinis accendit lumina flammis:
At declive caput, vertexque obliquior Astris,
Hac in parte sacri procumbere cernitur Axis:
Quà Pater Oceanus rutili reparatus Eöt,
Occasus, Ortusque Solo moderante coercet,
Et gemina alternae miscet diuertia metae.*

ENGONASIN

*Inde pruinofo silumen ab usque Dracone,
Inconvexa feras, oculosque in proxima Mundi
Declines, qua parte globo tumet altior Orsus,
Illa laboranti similitis succedet imago:
Protinus expertem quam quondam dixit Aratus
Nominis, & cuius latuit quoque causa laboris:
Panyasi sed nota tamen, ceu longior Actas
Eruis excussis arcana exordia rebus.
Nam dura immodici memorat sub loge Tyranni,
Amphitryoni aden primaevo in flore juventae,
Quà cedunt medii longè secreta Diei,
Hesperidum venisse locos, atque aurea mala,
In scia quae lenti semper custodia somni
Servabat, carpsisse manu: postquam ille novercae
Insaturatae odii serpens victoris abiit
Spi-*

ARATI PHENOMENA

Spirarumque sinus, & fortia vincula laxans,
Occubuit, sic membra genu subnixa sinistro,
Sustentasse ferunt, sic insedisse labore
Deovicium Fama est: ac tum Tirynthius, Aethrae
Inclytus, & solio fultus sublime paterno est.
Iupiter hanc speciem miseratus acerba laborum,
Reddidit, & talem cerni permisit Olympo.
En manus ipsa Dei violenta in verbera pendens
Erigitur, dextraeque dehinc impressio plantae
Tempora deculcat maculosis prona Draconis.

CORONA.

Poplite succidui quæ Sideris ampla patescunt
Terga dehinc, mersumq; jacet sublime bumerorum,
Aspice ceu rutilis vibret lux Gnosia flammis,
Haec quondam Bacchi monumētum fulget Amoris:
Haec Ariadnæi capit is testatur honorem.
Trina ter illustrant hanc lumina, parsque Coronæ
Serpentem vicina subit, quæ Sibila in Arcton
Ora Draco inclinans, stridet flabris Aquilonis:
Post tergum Nixi pars volvitur, ac velut haerens
Rursum defessi reseratur nuncia Signi.

OPHIUCHVS.

Istius extremo sub vertice, vertice quippe
Sideris Innixi, clarum nosces Ophiuchum.

Tric-

Triccaeis Sidus stat nominis, et cui pingui
 Thure Epidaureae fumant altaria sedis.
 In styga decursis Parcarum ab origine fusis
 Merserat Hippolytum fors ultima: jamq; per imas
 Cocytii tenebras, et stagna nigrantia Ditis,
 Portitor ille Charon Thefidae Fata vehebat.
 Hic immaturi, sed enim miseratus acerbum
 Leti supplicium, Neptunique aspera iussa,
 Algentes artus Erebo procùl intimo ab usque
 Suscitat, atque animae rursum tepefacta calore
 Viscera mundanas revocat Medicator in Oras.
 Non tulit Omnipotens ortu cuiquam generato
 Deucalioneo, fas esse novissima Fat. a
 Vincere, et incassum decurrere pensa Sororum:
 Moxque trisulca Polo jaculatus fulmina celso,
 Et super aëriae vibrans incendia flammae,
 Morte repertorem Medicinae audacis in umbras
 Dejicit: ac gnato reparans solatia Phoebo,
 Asperaque extincti miseratus Fata Nepotis,
 Surgere nocturno jubet inter Sidera motu.

Hic ergo insignes ardens venas Ophiuchus.
 Hic rigidos artus formae Anguitenentis honore
 Arduus, hic tantos humeris vibrantibus ignes
 Evomit, ut pleno cum Luna nitescit in Orbe,
 Menstruaque ingenti jam tempora dividit Ortus,
 Nequaquam lentis obscurior ex humeris lux
 Marceat: at manibus non compar flamma rubescit.
 Nam suffusa levi resplendent ultima luce:

O

Sed

ARATI PHOENOMENA

Sed cerni sunt prompta tamen: postremaque parco
Igne micant. ille angue manum consertus utramque
Erigitur, Serpensque dehinc elabitur ambas
Flexilis, et medium cingit spiris Ophiuchum:
Quem super haerentem plantarum mole duarum
Scorpios in geminas effusus viscera parteis,
Afflictusque oculos, maculosaque pectora pressus,
Sustinet. attigas evoluitur Anguis in auras,
Agmine non aequo, neque tenta volumina compar.
Nam quæ dextra manus sinuoso affigitur Angui,
Parcius ab domino terga explicat, altera porrò
Plurimus, ac multo per laevum pondere lapsus
Funditus: et rutilo quæ Lux sedet ignea mento,
Usque Ariadnae ac se-se vicina Coronae
Lubricus inclinat. post spreta brachia quondam
Formidata truci suspexeris Orionis:
Haec concessa etenim curvis mercatio velia.
Huc falcata Hiodii resfrunt cornua monstri,
Siderea nimium facis indiga: namque hebes ollis
Ignis, et obtuso marcent incendia crine,

B O O T E S

Callisto rutilat Stellis, quibus utque ferinam
Prona sit effigiem, quo cardine torqueat Axem,
Semper in Occiduis attollens lampada flammis
Arctophylax, sive, ut Veteres cecinere, Boötes,
Famosa Arcadici testans commenta Tyranni.

Et

Et licet instanti similis, similisque minanti
 Terga Helices juxta premat arduus, haud tamē unquā
 In picturatae plaustrum procurrere Matri
 Fas datur, antiqui quoniam contagio in illo
 Criminis, & veterum prohibetur culpa malorum.
 Nec minus in membris lux olim maxima vibrat*
 Omnibus, ardet apex capiti, micat ignea latè
 Dexter, a flamam humeri flāmam movet instar*
 Inter utrumque femur, quā se confinia lucis
 Diducunt pedibus, major quā luminis auras
 Verberat, & rutilo Sidus magis aestuat Astro.
 Nam locus Arcturo sacer* adscribitur, illinc
 Aurea quā summos adstringunt cingula amictus,
 Ebria flaminanti consurgit Stellarubore.

*Quæ se-
 quuntur
 mutua
 sunt, & cor-
 ruptissi-
 sum.

V I R G O

Quā protenduntur vestigia summa Boötis,
 Quāque per immensum circumflagrantibus Astris,
 Circulus obliquo latè jacet Astrariger Orbe,
 Contemplare sacros subjectae Virginis artus.
 Quam te, quam memore, siue est Genitor tibi Sūmus
 Iupiter ex Themide in Terras demissa Parente:
 Seu Patris Astraci clarum es genus, aurea cuius
 Sidera sunt proles, & qui promunere morum
 Inculpabilium nonen dedit omnibus Astris:
 Aut Pelusiaci magis es Dea littoris Isis,
 Digna Poli consors, & cura latrantis Anubis:

O 2

Seu

ARATI PHOENOMENA

Scutu Diva Ceres, sic nam tibi flagrat arista,
Et ceu Siriaco torretur spica calore:
Protentata manu ter quae pernicibus alis,
Nec sat certa gradum, viduataque vertice summo
Fluxipedae vestis vestigia, lubricum ut Aevum
Sors agat. Et subitis obrepat mobile Fatum
Temporibus: precor in terras procul Aethere ab alto:
Fleste oculos, placidamque meis venerabilis, oro,
Pande sacris aurem. Tu cum sincera priorum
Vita Hominum nullis ageret sub legibus Aevum,
Aureaque innocuos servarent Secula mores
Sponte sua, nec criminibus via prompta pateret,
Inter confusos Populorum liberi coctus
Versabare libens, nullique obnoxia culpae
Corda inhibens media, casto res more tenebas:
Nullus Telluris limes datus, indice nullo
Culta secabantur, neque jam discretio campum
Metiri in Dominos monstraverat: omnia Rerum
Vsurpantis erant, promiscua thura per Agros
Praestiterant, cunctis communia cuncta videri.
Denique cum placidas crebro Dea viseret Urbes,
Tectaque justa virum paesim succederet illa,
Ferventis latè Pelagi natura, Salumque
Fluctibus instabile, Et glauci vada turgida Ponti,
Quà senior cano nutrit sub gurgite Nereus
Delphinos virides, Et physiteras anhelos,
Ignorata suo, seclusaque fine jacebant.
Nulla fides undis, tumidis commercia fluctu

Nul-

Nulla petebantur, neque longis navita Terris
 Insinuare ratem jus fecerat, exul ut Oris
 Omnis exteras veheret per inhospita gazaras
 Aequora, & insano penderet saepè profundo
 Omnia: sed cunctis nasci dabat aurea Terris
 Iustitia, & nullo disreverat Aëre Regna.

At postquam argento deformis viluit Aetas,
 Rarius in Terras os inclinabat honestum
 Iam Dea, vix summos ad labens denique montes,
 Cum cedente Die Phoebus sub Nocte propinquas
 Occiduas prono surgeret in Aequora currus,
 Vsurp. indam oculis sedabat ad currentum:
 Non ut fessa virum repararet gaudia vultu,
 Sed crepula ut latè vomeret convicia voce.
 Parcite vile genus, lacrymis ajebat obortis:
 Causa querelarum vestrum est scelus, aurea quonda
 Iudice me vestri vixerunt Secla Parentes.
 Degener in vobis animus, solertia vobis
 Pervigil, arte nova vitam traducere mos est:
 Omne Aevum studiis excuditis: hinc quoque rursum,
 Proh pudor, atque dolor! nascetur vilior Aetas.
 Et lacerata genas ibit Bellona per Urbes
 Saucia, ut infidas agitent certamina Mentes.
 Haec ubi permoesto rauco congesserat ore,
 Alite procul su se in convexa ferebat
 Protinus, atque oculos fugiens exosa sequentum,
 Linquebat coetus Hominum. ruit haec quoq; rursum
 Vivendi series, ac successere pudendo

Acrea

ARATI PHENOMENA

Aerea Secla habitu: *fraus ilicet, & furor ardens.*
Atque cruentus amor chalybis, segnisque libido.
Et male-suada lucrirable subit omnia, terror
Degener, ac moestae facies formidinis implet:
Secreti immodus vada gurgitis. ultima versat
Tiphys: Agenoreo color hinc mentirier ostro
Incipit, Assyriumque bibunt nova vellera succum.
Ebria ut extremo splendescat lana veneno,
Sic justa in Populos mox Virginis inculpatae
Exarsere odia, & Coelum pernicibus intrat
Diva alis, spaciumque sibi subiecta per auras,
Vnde procùl Terras summa vix cerneret Aethra.
Propter anhelalibens latè capit Astra Boötis.

Istius extremis humerorum partibus urget
Stella facem, qualique rubent incendia flamma.
Quae subjecta procùl caudam majoris ad Ursae
Vertice brumalis circunvolvuntur Olympi:
Talis utrius modo simul & fulgore micat lux,
Plurima quippe procùl clarè fax ardet in Arcton.
Nec contemplandi labor anxious, omnia primis
Obvia ceu vibrant obtutibus, unus ab Ora,
Quae sunt prima ferè vestigia, praeminet ignis:
Altera quæ pedibus Regio est clunalibus, ardet
Stella itidem, genibusque dehinc se tertia promit,
Aemula quæ rutilae flagrant confinia caudae,
Nontamen his species, non sunt cognomina certa.
Sed permixta simul vulgi vice convoluuntur.

GE-

G E M I N I

*Illa quidem Supero conserta relabitur Axe,
 In scia piscoſi ſemper Salis, ipſius autem
 Subjectos capiti Geminos tibi cernere fas eſt,
 Spartanam Geminos ſobolem, prolemque Tonantis
 Egregiam, & proprio poſt reddita Numina Coelo.
 Nam Lacedaemoniis Mars cum calluiſſet Aphidnis,
 Castor & Cecropii tulit inclemencia belli:
 At frater lucemque, & Fata ſuperftitis Aevi
 Exofus, ſortem lacrymis efflagitat aequam:
 Protinus alternae germanos tempore vitae
 Iupiter attollit, Coelique in celsa receptans,
 Aternae flagrare facis jubet ignibus ambo.*

C A N C E R

*Alvo Helices Cancer subvolvit: Aſtraq; Čäcro
 Iuno novercales ut ſemper proderet iras,
 Praeftit. hic etenim Lernaci gurgitis Hydram
 Vreret Alcides. cum flammiger ausus in iſum
 Repere victorem, quā duro concava dorſo
 Tegmina curvantur, geminos micat ardor in auras:
 Hos dixere Afinos, ortos Thesprotide Terra.
 Et Sidus Lenace tuum diſterminat Aēr
 Craſſior. hos itidem, qualis praefepibus eſſe
 Forma ſolet, diſpar Chelarum flamma coruſcat.
 Namque tribus Stellis adoletur dextera Cancro;
 Laeva duas pigro ſuccedit fomite flamas.*

ARATI PHENOMENA

L E O.

Quà postrema pedum rutilanti vestigia in Arcto,
Maxima flammigeri Mundus trahit ora Leonis.
Membra dehinc longi quà se-se semita Coeli
Plurima protendit, torrentur fomite acuto
Singula, & assiduis ardet Leo viscera flammis.
Hic Hyperionii flagrat via Solis, & isto
Se duce caerulei referunt momenta caloris.
Tunc succisa Ceres statim cum mergite culmi
Construitur, flavos tondentur semina crines
Omnia, & advectas latè coquit area messes.
Tunc & Threicii repetunt animosa Aquilones
Flabra Polo, tunc Oceanum stata flamina Coeli
Propellunt Pelagus: longis hoc tempore in Anni
Ocia sunt remis: Pontus vehit ipse carinas.

A V R I G A.

Aurigatorem par sit quoque cura videre:
Namque tuas aures implebit fabula solers
Cretaei pecoris: haec lac memoratur Alumno
Infudisse Iovi Capra, nutrix dicta Tonantis.
Stelliger subiecta Polo est: ille impiger autem
Pulcher Erichthonius, currus & quatuor olim
Iunxit Equos, pronus qui non procùl in Geminorū
Laeva jacet, fusisque super se corpore tendit
Plurimus, atque Helices caput inclinatur ab ore.

Ille quidē in spaciū membra explicat: at Capralaevo
 Fixa humero, clarè sustollitur: ipsius autem
 Fine manus parvas Hoedorum suspice flamas.
Qui postquam Oceano se-se expediēre sonore,
Saeva procellosis immittunt flabra fluentis,
Ut spumosa truci pulsentur littora fluctu,
Et vaga caeruleas involvant Aequora puppes.

T A V R V S

Nec minus Aurigae quā sunt vestigia curvi,
 Cornigeri latè tenduntur pectora Tauri.
 Illic setosam pecoris perquirere frontem
 Esto memor: flexo jacet illuc crure, minaces
 In terram figens oculos: tunc caetera Signa
 Flamarum similem procūl inter Sidera formam
 Ostentare valent: gemino sic cornua ductu
 Erigit Aetherii rigor ignis, & ignis utrinque.
 Sic camuris ardet protractibus, haud tibi Signis.
 Perquirenda aliis, pecoris frons aqua resurget:
 Oceano proprio Taurum deprenderis ore.
 Cornua sic vera sub imagine curva debiscunt;
 Sic media creber pecori frontem asperat ignis:
 Sic Hyades Tauri toto procūl ore coruscant:
 At Borean laevo quā Taurus acumine pulsat,
 Desuper Aurigae dexter pes imminet Astro.
 Una pedem Aurigae dextrum, cornuque sinistrum
 Stella tenet pecoris: simul in convexa feruntur:
 Sed prior Occidui Taurus subit Aequoris undas.

ARATI PHENOMENA

C E P H E V S

Nec mea Musa senem tacitum Cepheare linquet:
Iasidem quoque summa Poli Cepheare revoluunt:
Illum quin etiam rutilac Pater intulit Aethrac,
Donavitque Polo tergum Cynosuridos Ursae
Post habitat, geminasque manus à pectore tendit.

a Al. tan-
tum.
b Al. extre-
mo.
c al. Lumi-
nit. At diducta pedes, ^a tamen huic mensura semiles-
Dividit, ^b extrema quantam pede distat ab Ursae.
Non eget hujus enim sedes sacra ^c Numinis hilum.

C A S S I E P E I A

d al. ver-
sus. Rursum declivi si visum tramite ^d vergas,
Prima tibi ut flexi linquatur spira Draconis,
Infornatam spectabis Cassiepejam:
Sed nec multa tamen, cum Coelum lumine toto
Luna replet terram ut superet fax aurea Noctem,
e Al. ab-
f. n. Occurret Genitrix oculis quaerentibus, ^e adsunt
f al. aegræ Lucida moerenti, tenuis rubet ignis, ^f aegrè.
Lux hebes est matri: vix qualem Caria quondam
Noverat intrantem per claustra tenacia clavem.
Formatur Stellis distantibus: inque humeros vix
Tenditur angustos, natae fera Fata retundunt.

A N D R O M E D A

g al. rotat-
tur.
h al. ingen-
ti. Namq; subest, teretiſq; Poli simūl Orbe ^g notatur
Andromeda ^h incendi, quae semper luce coruscans,
Spontè oculos in membra rapit: face denique vertex
Ar-

Ardet anhelanti, geminamq; per Aëra fundunt
 Lucem bumeri,^a summis lux aestuat ignea plantis:
 Ignea quin etiam per Coelum ^b singula flagrant
 Andromedae,^c toto vibrant in corpore flammae.
 Sed tamen hic etiam vivax est poena dolenti:
 Nam diducta ulnas magna distendit in Aethra,
 Vinculaque in Coelo ^b retinet quoque tenuja, quippe
 Brachia contortis adstringunt ^c nubila nodis.

^a Al. cin-
gula.

^b Al. reti-
net.

^c Al. v. n-

cula.

E Q V V S

Rursus odorato, ^d quae vertex crine tumescit
 Andromedae capiti succingitur indiga pleni
 Alvus Equi, summo^e quam fax in vertice vibrat
 Virginis, inque auras cornu vice surgit acuti,
 Ipsa sub absinto latè micat aurea ventre,
 Cornipedis simul hunc lux indiscreta renectit,
 Communiq; rubent duo semper Sidera flamma.
 Treis latus, atque armos aliae pecoris pinxere,
 Et spacio disjuncta pari fax aemula flagrat.
 Plurimus ignis inest, vasto globus aestuat Orbe.
 Sed non ^f capiti similis rubor, ipsaque cervix
 Quamvis procero surgat juba maxima collo,
 Languida marcenti vix est spectabilis igne.
 Ultima quae mento se-se explicat, haud minor illa
 Quattuor est primis, quae formam lumine claro
 Cornipedis simulant: nō ^f hinc Equus integer artus,
 Non quadrupes coelo sustollitur, at tenus alvo

^d Al. Quo.

^e Al. Quo.

^f Al. lic.

ARATI PHOENOMENA

Erigitur media jam caetera pone negantur,
Et quatit Aetherias primis modo cruribus auras.
Nunc hunc Aönio quondam memorant Helicone,
Inclita post Lyciae redeuntem bella Chimaerae,
Mystica quà rupes doctis obmurmurat antris,
Herbarum carpsisse comas, & gramine odoro
Expluisse famem, sed cùm sitis arida fauces
Vreret, ac nullo manaret gurges hiatu,
Illisissè pedem cornuque excita repente,
Lympha Camoenalem fudit procùl Hippocrenen.
Aönes hoc latici posuerunt nomen Equino
Pastores: strepit haec placido inter saxa susurro.
Atque Helicone cadens se se sittientibus herbis
Inserit, Ascreas donec vaga gurgite valles
Vivificet, rigat has animas, & T hestia pubes
Semper, & in latices inhiat Gens fontis alumni.
Ast Equus alterno redit inter Sidera motu,
Oceanique Salo caput exerit, haud tibi magni.
Cura laboris erit Coelo spectare sereno,
Cornipedem: micat ille procùl flagrantibus Astris.
Et perfusa recens educit pectora Ponto.

A R I E S

Tunc celer ille Aries, longè qui limitis Orbe
Aetheræ percurrens, nunquam Cynosuridos Vrsac
Segnior ab lipsi convertitur, haud procùl Astro
Vsis Equi, magno celum secat Aëra motu.

Par-

Parcior hic rutilae semper facis, indigus ignis
 Spectatur justi. nam quanti luminis Astra
 Esse solent, aciem quibus aurea Luna retundit,
 Marcida lanigeri tantum se forma sub auras.
 Exerit: in tenui quanquam primordia Phoeben
 Orbe habeant, nulloque decus Dea proferat ore.
 Sed licet hunc oculis fustra sectere per Aethram,
 (Nam semper propriis caret ignibus) en tibi propter
 Andromedae claro rutilantia cingula in Astro
 Suspectanda patent. vocat ingens Baltheus ultrò
 Quaerentem, non longa Aries statione locatus,
 In convexa redit parvo se tramite: subter
 Distinet, et medio Coelum citus ordine currit,
 Ultima Chelarum quæ brachia, quæque corusco
 Circulus Axe means rutilum secat Oriona.

DELTOTON

Est etiam Grajo quod semper nomine nostri,
 Deltoton memorat: simile est latus istud utrumque;
 Porrigitur summum signo caput: angulus arctat,
 Et gemini suprema jugi vicinia mordet.
 Tertia quæ stantes sustentat linea ductus,
 Parcior, haud simili se-se sub limite tendit,
 Et contracta modum gemina face flammigerarum
 Stellarum superat. quin et quæ subter in Astro
 Lanati marcent pecoris, pluvioque tepescunt
 Iam vicini Noto, minor isti linea luce,

Et

ARATI PHENOMENA

*Et fulgore facis praevertitur: at locus olli.
Post tergum Andromedae; sic se tulit ordo dicatus.*

P I S C E S

Hinc si vicino flectaris lumina visu,
Inque Notum sensim Boreali ab cardine doctus
 a Al. Der-
cia.
 b Al. Bam-
bicci.
 c Al. pen-
nace.
 d Al. bic.

Inclinere oculos, proles tibi^a *tertia Pisces*
 Surgent^b *Bombycii*: sedes data quippe duobus
Piscibus, ingenti quâ celsum circulus Aethram
 Orbe secat, tendit quâ^c penna extrema sinistræ
Ales Equus, Mundo quâ pectora laniger alto
Vrget, &^d aduerso surgente corpore *Taurum*
 Respicit^d hinc medio signantur Sidere Pisces:
Quorum aliis rigidæ consurgit in Aëra forma
Celsior, & Boream propior sicut alter aquarum,
Troicus haurit aquas, funditque *Ephoebus* aburna:
 Ponè avidus jacet in notialia nubila pronus.
 Sed tamen hi latè Stellis ex ordine fusis
 Necuntur caudas, & lenta trahuntur utraque
 Vincula, per Coelum coëunt quæ^c cingula rursum.
 Et rutilo confixa quasi super igne tenentur,
 Coelestem memorat quem solers Graecia Nodum.
 Ex humero Andromedæ laevo quoq; noscere Pisces,
 Qui rigidum celsi suspectat cardinis Axem,
 Per facile est: ulnae nam proximus iste sinistræ
 Caerulus erigitur. * * * *

PER-

P E R S E V S

*Quin vestigia propter
 Persea sub volucri pars est tibi querere forma.
 In caput, inq; humeros rotat aegrā machina Mundi
 Andromedam: Threicū nam sub fabbris Aquilonis, ^{ALTB}
 Nititur alato vindex pede, maxima cuius
 Dextera moerentis soliam propè Cassiepejac,
 Tenditur, ingentique debinc vestigia passu
 Pulverulenta quasi cano procùl Aëre pandit.*

P L E I A D E S

*Pleiades femoris pariter sub fine sinistri
 Perseus protollit: locus has habet arctior omnes
 Connexas. lentae facis haud procùl istas
 Ostentat rutilū lux Sideris, aegra Sororum
 Luminis nec claro flagrat rubor aureus Astro.
 His Genitor, vero si fluxit Fabula fonte,
 Poenus Atlas, subiit celsae qui pondera molis,
 Coeliger, atq; humero magnū super Aetheram torquet.
 Fama vetus septem memorat Genitore creatas
 Longaevo: sex se rutila inter Sidera tantum
 Sustollunt. septem fert Fabula prisca Sororum
 Nomina, sex se se tenui sub lumine reddunt,
 Electra, Alcyone, Celaeno, Taygeteque,
 Et Sterope, Meropeque, simil famosaque Maja.
 Prole Dei cerni sex solas carmine Myntes*

Affe-

ARATI PHOENOMENA

Afferit: Electram Coelo abscessisse profundo,
Ob formidatum memorat prius Oriona.

Pars ait Idaeae deflentem incendia Trojae,
Et numerosa suae lugentem funera Gentis,

*^a Al. moe-
flum. Electram tetric ^{*^a} moestam dare nubibus Orbem,
Saepius obscuris caput ut sit cincta tenebris:

Nonnunquam Oceani tamen istam surgere abundis,
Inconvexa Poli, sed sede carere Sororum,

*^b Al., dele-
betaan. Atque os discretum procùl edere ^{*^b} destitutam,

*^c Al. Ger-
manofie Choro sobolis ^{*^d} lacerata ruinis,

Choros. Diffusamque comas cerni, crinisque soluti

*^d Al. lacri-
mare rui-
nas. Monstrari ^{*^e} effigiem: diros hos Fama Cometas
Commemorat tristi procùl istos surgere forma.

Vultum ardere diù, perfundere crinibus Aethram,
Sanguine sub pingui rutiloqué rubere cruore.

Quin Meropen addit postquam Sisypheja vincla,
Et thalamos saevo sortita est omne Divum,

Indignam ærea credunt mage sede fuisse.

Sic anceps numeri fit Fabula, sexque per Aethram,
Vergilias cerni tenet usus, sed simul omnes

Arctavére globum: ter in auras angulus exit

Flammiger, Θ mixtis Atlantides ignibus ardent,
Nec tamen est Famae similis vigor, amplè Sorores

Fabula nobilitat: modus ullis parcus, Θ ignis

Vix tenui longè face fit spectabilis istas.

Alterno redeunt cum bina crepuscula Mundo,
Seu Nox Australis adolet cum caerulea flamas.

Seu matutinus cum Sidera dejicit Ortus,

Con-

Convolvi Coelo summae Pater annuit Aethrae.
 Nec minus arenti cum crine attollit ur aëstus,
 Et cum cana comas redit anno bruma rigenti,
 Tempore designant. nam si se gurgite tollunt
 Vergiliae, curvas in flava novalia falces
 Exercere dies: si condunt Aequore flamas,
 Tellurem presso proscindere tempus aratro.

LYRA

Est Chelys illa debinc, tenero qualusit in Aeo
 Mercurius, curva religans testudine chordas,
 Ut Parnasseo munus memorabile Phoebo
 Formaret nervis opifex Deus. hanc ubi rursum
 Concentus superi complevit pulcher Apollo,
 Orpheo Pangaeo docuit gestare sub antro.
 Hic jam fila novem docta in modulamina movit,
 Musarum ad speciem: Musa satus ille repertor
 Carmina Pleiadum numero deduxerat: at cum
 Impia Bassaridum carpfisset dextera Vatem,
 Et devota virum tegeret Libethra peremptum,
 Intulit hanc Coelo miseratus Iupiter artem
 Praestantis juvenis, pecudes qui et flumina Vates
 Flexerat: Adnixi quæ se-met Sidera porrò
 Sustollunt; laevum propter Chelys haec femur adstat.
 Advolat ast aliud latus Ales, et ore canoros
 Tenditur ad nervos, media est Lyra sede dicata
 Cycneo capiti, et curvo contermina Signo.

Q

CY-

ARATI PHENOMENA.

C Y G N V S

Namq; ♂ Sidereis Cygnus secat Aethera pennis,
Donatus Coelo, non claro lucidus Astro,
Sed tamen os flagrans, ♂ guttura longa coruscans..
Grandibus haude quidem Stellis, non his tamen atris,
Obscurisve micat, trahit in convexa volatum.
Per facilem, ♂ dextro latè Cepheida dextram
Radens remigio, summa ad vestigia laevam
Declinatur Equi: si magna praepes Olympo
Subebitur, subit Occidui sic marmoris undas.

A Q V A R I V S

Nam post Cornipedem flagrant duo Sidera Pisces,
a al. Bam.
b cii. Pisces^a Bombycii: caput autem subter Equinum
Laomedontiadae se dextera tendit Ephebi:
Ipse deinceps longos insignis Aquarius artus.
Adstat ad bireuti caudam pulcher Capricorni.

C A P R I C O R N V S

Imus ut Australi descendit circulus Axe
Signifer, inque Notum rutili cadit orbita Solis.
Hispida setosi marcat species Capricorni.
b Al. Hic a Huc cum Threicio veniens à cardine Phœbus,

Ver-

Vrbit iter, ^a pulsusque Deum, mirabile dictu,
 Brumalis redigit; non tum mibi longa phaselis
 Aequora tententur, non tum Fretaturbida pinu
Quis petat: angusto decurrit tramite namque
 Parva dies, vastoque dehinc depresso in alto,
 Ne quicquam pigrac clamarit Sidera lucis:
 Interea totis Notus acer saevet undis,
 Excitumque Salum verret Notus. aurea Solis
 Cum nota cornigeri Sidus pepulit Capricorni,
 Tum dirum Coelo frigus reddit: aspera Nautis
 Tunc sunt fluctuagis: tamen isti saepè malorum
 Immemores, agitant totos in fluctibus annos,
 Mergorum, ^b Focae similes: trahit unda paventes,
 Ac retrahit: quaerunt oculis distantia longè
 Littora, ^c in Pontum cogunt lucra semper hiantes.

a Al. Pu-
 sūj; Deus.
 fēmel orā
 nō factō
 Electitur
 aeff. vo.

SAGITTARIVS

Par metus ex Pelago tibi sit quoque, Sole Sagittae.
 Cum leuis adflatur, cum lux in arundine flagrat,
 Ignis mundani cum tela extrema coquuntur,
 Cumque Sagittiferi torret vapor aureus Arcus.
 Tum quoque si piceam spectaris surgere Noctem,
 Informem tetricam Tellurem ut vestiat alis,
^b Littus ama, fuge solers caerulea tegmina Noctis,
 Exitiumque Sali, rabidiisque pericula Ponti.

c Versis
 hic caesu
 ra carec,
 nisi voces
 trai spo-
 nas.

ARATI PHOENOMENA

Anteveni, jam solue memor viga carbasa malo,
Iam prolixarum jaceat rigor antennarum.
Mensis an infausti, vel duri Sideris index
Scorpius exoriens sit tempore Noctis adultae.
a Al. Cbe-
l. m. Hic matutino veniens procùl Aequore. ^a Coelum
Exigit è Pelago, telum trahit ultima cauda.
Cunctatur pigro post tergum Sidera juxta,
Arcitenens tardos. ^b gurgite liberat artus.
Tum Cynosura etiam maturae in tempore noctis:
b Al. abdi-
tur. Altius in Boream s' tollitur, ^b abditus autem
Orion redeunte Die, tum brachia Cepheus,
Protentaisque manus, mediumq; immegitur aluum.

SAGITTA

c Al. Ali-
m. Quin norunt ^c alia superum convexa Sagittam;
Sed tamen haec arcu tereti caret, inscia nervi:
d Al. Te-
lum. n. Inscia nam Domini est: ^d Coelū super aduolat ales,
Ales Olor, sed Threicio conterminus Axi,
Cana pruinosa extendit colla sub Arctos.

AQUILA

e Al. Armis
ser. Armiger hanc etiā Iouis aduolat, ^e arbiter ignis
Aetherii, sed membra minor: procùl hic tamen alto
Cùm redit à Pelago, ^f mouet in convexa volatum,
Fine tenebrarum summaeque in margine Noctis,
Spumosum latè mare subruit, omnia Coeli,
Omnia Terrarum mox flabra procacia verrunt.

DEL-

DELPHIS

Tum curvus caudam subit inter Sidera Delphis,
 Dux Neptune, tui quondam super Aequor Amoris.
 Hic^a jam detrusae in latebras procùl Amphitrites, ^{al. Nam}
 Arduus Occiduos humeris ubi sustinet Axes
 Pleiadum Genitor, perruperat hic vagus omni
 Gurgite dilectam Domino Maris ultimo ab Orbe.
 Mollis dorsa tulit: breve signò corpus in Astris,
 Et super auritum Ponto surgit Capricornum:
 Hic medios artus teter stupet, altera porro
 Quatuor illustrat facibus rabor aureus, atque
 Bis gemino discreta situ micat igni potens lux.
 Omnia quae Soli, & rigido interfusa Aquiloni,
 Aetheris incurvi moles rotat, inque frequentes
 Occasus, Ortusque trahit Moderator Olympi,
 Sunt digesta mibi quae rursum limite ab usque
 Se se Hyperionio, pluvialis concava in Austri
 Dimittunt Terram donec Notus ambiat Aethram,
 Dicere Romuleo connitor carmine solers.

ORION

Subtrahit obliquo quà se se circulus Orbe
 Signifer in Boream Australes egerit umbras:
 Vi medii jam mole Poli fera pectora Tauri,
 Suscipit Orion: neque quisquam Nocte serena
 Transferit, celso latè se cardine p. indit,
 Auratumque rubens dimittit baltheus ensem.

ARATI PHOENOMENA

S I R I V S

Talis & ipse virum gemina ad vestigia custos
 Insequitur, sic flammigerò distinguitur Astro
 Aetheriae Canis ille plaga, cui plurimus ardor
 Aestuat in mento, multus rubor imbuit ora,
 Stridit anhelanti face pestifer aëra motu,
 Torret, & immodicis terras coquit ignibus Astri.
 Hic varios ardet Stellis rutilantibus artus:
 Sed non est similis cum cælis vigor: undique quippe
^{a Al. Al-}
^{vus coe-}
^{rea s.}
 Alonis Cyanea est, mento gravis effluit ardor,
 Qui formidato sub nomine Sirius Aethram
 Vrit: huic rutilos si Sol adstexerit Axes,
 Quantus corporibus, quantus labor imminet Agris:
^{b Al. Mar-}
^{cebus fa-}
^{sa cuncta}
^{dju:}
 Marcebunt sata cuncta: diu namque indiga suci.
 Si qua jacent, cedunt, valido penetrata calori,
 Ac decoctorum languebunt germina florum:
 Illa autem interno quae sunt animata vigore,
 Si prius attollit, blandusque illabitur herbas
 Sirius, & dulci nutrit tepefacta sereno.
 Hunc hunc flammati cum primum vibrat ab Ortu,
^{d Al. alte-}
^{ra si quae}
^{Stellarum}
^{fulgent ru}
^{sita, ut}
^{que plu-}
^{rima ligo}
^{Bella fert}
^{lateri.}
 Auribus, atque animo capimus procùl. altera si qua
 Stellarum fulgent, rutilant quae plurima, longi
 Bellua fert lateris, neque multa luce coruscant,
 Et designatis tantum sunt addita membris.

L E P V S

Parvulus in Stellis Lepus est quoq;: nāq; ubi magnus
 Emi-

*Emicat Orion, gemina ad vestigia subter
Urgetur cursu rutili Canis: ille per Aethram
Effugit instantem, premit autem Sirius ore.*

Auritum primis emittit gurges ab undis:

*Ille minax pavidum supereditur, & procùl idem
Cùm Lepus Occiduum se-se inclinavit in Aequor,
More latebrarum repetens Fretum, Sirius alto
Desfluit ab Coelo mersumque per humida quaerit.*

<sup>a Al. 12.
nco.</sup>

A R G O

*Magnus Iasoniam cauda Canis extrahit Argo,
Puppe refulgentem: neque enim se Tessala Cymba
Solemni in faciem Monstro mouet extima Puppis.
Surgunt Oceano velut alto à gurgite Nautae,
Cùm Portum tenuere avidi volitantia raptim
Sipara convertunt, tergoque in curva remulco
Littora certatim subeunt simùl, illa marinas
Iam defuncta vias, procùl imi littoris algas
Pone subit, terramque tenens secura quiescit:
Sic Argo rutilam tantum inter Sidera Puppim
Ducitur, occultat rigido tenus altera malo.
Spontè gubernaculum Puppis dimittit in undas,
Celsior, ac merso descendit in Aequora clavo.*

C E T O S

*Distantem Andromedam, prolixo tramite Mundi,
Perterret Cetos. nam Threicii propè flabra.
Andromedam Boreae celsò rotat Aethere cardo.*

Bcl.

ARATI PHOENOMENA

^{a Al. Ar-} Bellua dira Noto vebitur: trahit Auster in^a Arcto
^{son.} Ora inimica Salo: nam quæ selaniger alto
 Coelo Aries tollit, quæ Piscibus Astra duobus
 Augentur, rutilat subter Nereja Pistrix,
 Efflua percurrens non multi fluminis Astra
<sup>b Al. suo-
rum.</sup> Illa memor longae formidinis, illa^b duorum
 Inter signa tenax, horret squalentia Monstri
 Terga procùl, pavidumq; super caput inserit undis.

F L V M E N

^c Quin est caeruleo flumen quoque gurgite manans
 Astra inter sedesque Deum, pars Aequoris esse
 Credidit Ausonii: namque hunc dixerè priores
 Eridanum Venetos late qui lapsus in Agros
 Alpino Adriacos impellit gurgite fluctus.
 Hic fusum Coelo quondam Phaethonta sub undas
 Excepit senior, leve cùm sensere jugales
 Aetherii Rectoris onus, cùmque ignifer Axis
 Tramite sub Mundi mortales sprevit habenas;
<sup>d Al. Dis-
data pro-
Didita.</sup> ^d Diis data tum late texere incendia Terras.
 Astra vorax ignis, flammæ Sola cuncta coquebant,
 Donec Fata sui miseratus Jupiter Orbis,
 Rederet Aetherii Phœbo moderamina cursus.
 Illum prolixis duræ Phaethondides ulnis

^c Haec sunt corrupta: fortè restituenda.
 "Quin est caeruleo flumen quoque gurgite manans
 "Astra inter, sedesque Deum: pars Aequor id esse
 "Credidit: Ausonii namque hunc dixerè priores

Plan.

Planxerunt, rediit supero pax aurea Mundo.
 Eridanumque senem nutu Iouis omni-Parentis
 Afrarareceperunt. Pharium pars altera Nilum
 Commemorat, largo segetes quod nutriat amni,
 Arentisque locos, unda foecundat alumna,
 Vel quod de medii prolapsus parte Dici,
 Vastus in aequoreas Pelagi se-se inferat undas.
 Iste pedem laevum rutili subit Orionis,
 Fusaque quae geminos adstringunt vincula Pisces,
 Eridani coeunt anfractibus, ut procùl ille
 Tenditur effusi vi gurpit: huc quoque crista^ae
 Cedit apex, summa qua lux Pistrice coruscat
 Desuper, ♂ flamma caudarum cingula figit.

^a Al. foecundat.

PISCIS MAIOR

Inter demissum procùl in vada caerulea clavum
 Puppis Iasoniae, depictaque terga Carinae,
 Et Pistrim undicolam, Leporis quæ tenditur alvus,
 Stellarum creber rutilat rubor, haud tamen istis
 Vel lux multa micat, vel fit memorabile nomen:
 Nulla etenim forma flamarum Iupiter igne
 Discrevit, nullos simulant haec corporis artus,
 Qualia digesto Mundus sacer ordine voluit,
 Semper in antiquum retrahens inter omnia secum
 Seclorum serie longa, istas denique signant
 Intervalia faces, similis quoque lux habet omnis,
 Par modus, Occasus pariter referuntur, ♂ Ortu,
 Ne expectanda forent Ponto quod Sola carerent,

R

Cacte-

ARATI PHÆNOMENA

Caetera descriptis aptantur singula membris,
Formarum flagrans leporem, quæ Sirius urget
Languida, nec certo sub nomine cuncta feruntur:
Ultra setosifursum speciem Capricorni,
Cardinis immersi quæ sunt Australia flabra,
In Pistrim horrifaciam conversus viscera Pisces
Subuehitur. Notium vocat istum Graecia Piscem.
Stellæ aliae Mondo quæ pulcher Aquarius instat,
Et quæ cristato confurgit Bellua dorso,
Usque sub aëri rutilantia Sidera Pisces,
Sunt mediae flammæ steriles, ac lucis egenæ;
Nam pañim ignoti vice Vulgi se-met in Aethram
Protollunt dextram, sed tantum propter Ephebi
Pocula, quem Diuñum Mensis gestare loquuntur,
Effluat se species liquidarum fundit aquarum
Partes in geminas: lux illi clara duabus
Est solum facibus, non hæc spacioſa per Aethram
Intervallo tenent, neque lumen lumine forte
Collidunt, uni Phrygium nam supter Ephebum
Ardet apex, alii quæ curvam Bellua caudam
Terminat insignis, lato vomitur globus igni.
Cunctis nomen Aqua est, quæ Stellæ deniq; propter
Ora Sagittigeri, quò se vestigia prima
Cornipedis simulant, circunvolvuntur Olymbo,
Quæis face sub tenui tenebroſus marceat ignis.

A R A

Ecce venenatae quæ Scorpius agmine caudæ

Plu-

Plurimus erigitur, tepidumq; supermicat Austrum,
Parvulus hic Aram locus exprimit. hoc satis arcto
Tempore sufficies Mundo rutilante referri.

Nam Polus aduerso qui tollitur Axe Boötis,
Quantum suspensò uada linquit turbida Coelo
Oceani, tantum in sibi-met contraria tendit.

Arturum vertex levat arduus, imbrifer Austri

a A: A:
icu:

Aram cardo premit: brevis olli semita Coeli,

Occasisque celer, tamen isto Luci-parens Nox

Fata Hominum miserata prias, miserata labores,

Certa procellarum statuit producere Signa,

Ne tibi cum denso conductitur Aëre Coelum,

Inter nimbiferas nubes spectabilis extet

Ara Poli, longa ut glomerent circumque supraque

Foeta pruinorum se vellera, qualia tristi

Coguntur vento, Terraque excita per Aethram

Nubila conceptos effundunt desuper imbres.

b Non Arae, non fit tali sub tempore vertex

*b A. Non
Arae, non
fit tali sub
tempore ver
tex*

Clarior hoc: nam saepè nouum praenoscere Signo

Nox docuit, Noctis si quis praeceptra sequatur,

In casum Zephyri volvunt Mare: si quis at ista

Respuat, incutas percellent flabra carinas:

Vix, scis, sera loucm subeat miseratio Rerum,

Pigra salus Nautis redeat fluitantibus alio.

Certior ast ollis veniet spes, Axe supremo

*Clarior
hoc n. tae
pe Noctis
praeceps
re signo
Nox do
cunt;*

Si Boreae stringat rutili coma fulguris Auras.

His Signis Austri raptabunt flabra fluentum,

Donec de Boreae rutilum jubar emicet Axe.

ARATI PHOENOMENA.

At si Centaurum medio sub tramite Coeli
Videris, ut fluctu tantum discèdat Eōo,
Quantum adit Occasum, sit tectus desuper autem
Nube humerum, & Coelo sint omnia Signa priora,
Eurus exit, verret Salsi vada gurgitis Eurus.

C E N T A V R V S

Contemplator enim geminae rutilantia formae
Viscera, quod Signis subtexit membra duobus.
Nam qua parte Hominē quadrupes fusiollit Equino
Ventre superstans, versatur Scorpius ingens:
At quā cornipedem media Vir fundit ab alvo,
^{a Al. sc. 11. duns.} Curva venerati sunt tantum brachia Signi.
Ille autem dextram protendere visus ad Aram
Coelicolum, justae persolvit munera vitae.
Agrestemque manu praedam gerit: hic ubi celso
Pelion adsurgit dorso, nemorosaque latè
Inserit acriis juga nubibus, arbiter aequi
^{b Al. De 5. Egerat} Egerat Alcidæ legum post bella Magister,
_{egreg.}

H Y D R A

Desuper ingenti se se agmine porrigit Hydra,
Quae prolata Salo longè latus explicat Aethra.
In Cancrum protenta caput, caudamque feroci
Centuro inclinat, transit spacioſa Leonis
Viscera, & ingenti sib Virginis summa quiescit.

Q:in

Quin etiam spirare putas, sic agmina Coelo
 Lubrica convolvit, sic spiras pendula torquet,
 Sic ♂ flammigerolinguam jacit ore trisulcam.
 Spirare medio gestat Cratera coruscum,
 Ultima caeruleum sustentant agmina corvum,
 Ales ut intento fodiat vaga viscera rostro.

P R O C Y O N

Ultimus est Procyon Geminorum subditus Astro,
 Ore micans rutilo, trina face viscera lucens.

Ista volutatos cernuntur cuncta per annos,
 Haec uehit Oceanus Pater omnia, mersaque rursus
 Hauriet Oceanus, trahit ingens machina Coeli,
 * Cuncta superpingunt rutilam sua Sidera Noctem. ^{a Al. Cū;} ^{b aa super;}

P L A N E T A E

Quinque itidē Stellae similis quibus haud sit imago.
 Nec quas formarum ^b doctus notet adfixarum,
 Perbiſſena Poli volitant rutilantia Signa.
 Nullus eas alio pacto deprendere certet:
 Tam vaga per totam cunctis via defluit Aethram.
 Semper ♂ aduerso referuntur tramite Mundi.
 Mundus ab Eōo trahitur reparabilis alto,
 Pronus Atlantei procūl in vada caerulea Ponti:
 Illae in subjecti cogunt iter Aetheris Orbem,
 Nitentes in summa Poli, motuque feruntur.

Ad-

ARATI PHENOMENA

Aduerso Solis radiis, ceu cum vada Cymbam
Prona vebunt, si quis Prora nitatur ab alta
In Puppim profetere pedem; via carpitur olli
Cursibus inceptis contraria: vistamen istis
Obvia labentii semper sustollitur Aethrae,
Vnicaque in Solis adulent incendia flammis,
Longa volutandis tamen ollis tempora currunt.
Pigraque se referunt, sedes sortita priores
Omnia: non illas animis audacibus ergo,
Carmine non caeco tentavimus, hoc satis unum
Musa mibi, satis hoc longi labor egerit Aevi,
Si defixarum cursus, et Signa retexam.

C I R C V L I

Quattuor aërios Zonae cinxere meatus:
Quattuor has cursus et tempora nosse volentem
Scire sat est. quin Signa etiam sunt quattuor istis
Plurima, quae Zonis haerentia convoluntur.
Ipsae inconcussa retinentur sede per Annos,
Mutuaque implexa sibi met consortia mordent:
At modus in bimis protenditur. Aëra Pepli
Sidera nocturni, si suspectare libebit:
Nec scindunt medium Phoebeja lumina Mensem,
Langueat ut in Stellis species hebes, omnia Coeli,
Illustrante Dea, ac flamas superante minores,
Orbe sed haud pleno finit igni fervere acuto
Sidera, cadentis speciem super inspice Lactis

Pro-

*Protendi Coelo: color olli nomen ab Ortū
 Primigeno statuit se, Zonam Graecia solers
 Concelebrat, nostro sic Baltheus ore notatur:
 Non isti forma similis, similisve colore
 Círculus est aliis: modus ē mensura duobus,
 Est compar Solis: alios duo parcior arctat
 Linea, nec multa trahit istos ambitus Aethra.*

*Herum alius, duri cùm solvunt flabra Aquilones,
 Et cùm praecipitant Borealia stamina se-se,
 Axe Licaonio jacet obvius: hic Geminorum
 Sunt capita, hic genua Aurigae defixa quiescunt:
 Círculus hic idem retinet pede Persea laevō,
 Atque sinistro humero cubito tenuis: hic quoq; dextrā
 Sustinet Andromedae manus extima, de super acri
 Subrigitur Boreae, cubito inclinatur in Austrum
 Mocrens Andromeda: hic celeris vestigia summa
 Praestinguntur Equi, praestringitur Ales ab ipso.
 Verticis extremo: secat hic humeros Ophiuchi
 Círculus, ē secum flagrantia dorsa revolvit:
 Erigone tepidum se se summittit in Austrum,
 Virginēisque pudens Zonae supereminet artus.
 Sed Leo, sed Cancer Borealis tramite Coeli
 Viscera protendunt, ut Círculus imacalantis
 Pectora, per que alium procul in postrema Leonis
 Succedit: secat ast aliis per viscera plana,
 Et medio subter cava tegmina dividit Orbem,
 Lumina recludens altrinsecus. orbita porrò
 Ista Poli partes si discernatur in octo,*

Quin-

ARATI PHENOMENA

*Quinque supervolvit se partibus: at tribus alti
 Intrat stagna Sali: Sol istinc flammiger Aethram,
 Iam religit pulsusque Deus semel ordine facto
 Flectitur auctivo, neque celsum semita in Axem
 Sideris erigitur, via rursum nota jugales
 Suscipit, inque N etum rutili redit orbita Solis.
 Circulus iste quidem Cancro tenus adjacet Axe.*

*Semper in Occiduo procùl alter cardine in Austrì
 Dividit imbriferi corpus medium Capricorni,
 Idaeique pedes Pueri, postremaque caudae*

^a Versus
 mutillus,
 possit ita
 suppleri:
 Ceruleae
 Pistris:

^a Caeruleae, brevis hic Lepus, hic Canis artus
 Conditur extrelos: hic Thessala cernitur Argo:

*Hic Centaureae fera molis terga secantur:
 Iste venenatae disjecta volumina caudae*

Amputat: hic arcu protenditur ampli Sagitta.

*Vltimus hic Phoebo locus est, ubi lapsus in Austrum
 Pettitur, albenti cum canent tempora bruma:*

Sideris hic metae procùl istuc Coelite cursu,

Axe sereniferi descendit Sol Aquilonis.

Partibus iste tribus tantùm se circulus effert,

^b Al. suc-
 cedens.

Quinque latet, creperi ^b succendens stagna profundi.

^c Al. cani
 specie; aut
 in cani spe
 ciem.

*Inter utrumq; dehinc quantus jacet ambitus illi
 Zonarum, ^c cani speciem, quae lactis in Aetbra
 Cernitur ingenti se tramite linea tendens,*

Dividit ima Noti, discernit & alta Aquilonis:

Hic luci modus, & tenebris sub lege magistra

*Pensatur, Nox, aequa Diem subit aemula, Phoebus
 Lumina substituit, paribusque revolvitur horis,*

Vel

*Vel cùm summa Aestas coquit agri viscera biantis,
Vel cùm floricono jam Tellus Vere mouetur.*

*Ast isti celsae quà tramite panditur Aethrae,
Iudicium est Aries: hunc totum Linea quippe
Sustinet: hic Tauri curvantur crura minacis,
Et rutilat Stellis hic Baltheus Orionis.*

*Spira Anguis leuis hic, Craterque tenacia Corvi
Ora inbiant: hic sunt flexarum denique flammae
Chelarum: genua hic rigidè vibrant Ophiuchi.*

*Nec Iouis armigero caret Alite: namque per ipsum
Fulva Aquila est caput: hic Equus eminet, hicq; co-
Cervice erigitur clarae dator Hippocrenes. (māti
Tres omnes rectè contentos tramite Coeli,
Distantesque pari spacio sibi transigit Axis,
Omnibusq; mediis ut circumfunditur idem.*

*Désuper obliqua est aliis Via, quartusq; iste
Stringitur arctatus Zonarum mole duarum,
Quas ab diversa Mundi Regione locatas
Scire repercuīsi momentum diximus Astri.
Hunc alius medium medius secat; haud Dea Pallida,
Vel licet haec cunctos praecellat acumine Divos,
Compingat parili sic lubrica plaustra meatu,
Implicit ut spaciis sibi met distantibus Orbis.
Qualia de vexo necluntur ab ordine cuncta,
Vrgenturque Viam similem, Noctesque Diesque,
Lucis ab exortu procùl in vada Calperitana.*

** Namque Titaneo cùm sunt elata profundo,
Rursus in Occiduos merguntur singula fluctus*

*AL. N. m.
Tibonco.*

S

Or.

ARATI PHOENOMENA

Ordine partito. similis nascentibus Ortus:
Scandendi lex una mouet: par denique lapsus.
Omnibus, & simili conduntur Sidera casu.
Ille autem Oceanus tantum descendit in Aequor,
Quantum ab acerulo distat Cancro Capricornus:
Et quam multus item est ubi gurgite protulit Ortum,
Tantus in adversas itidem est cum labitur undas,
Signifer in spaciun quantum deducitur orae
Ambitus extremae. puncti vice Terra locanda est.
Vnde acies oculis cum tenditur, haec quoque puncti.
Sedem habet. hoc Signo procurrir missa per auras
Signiferi in summum, medio de tramite si quis
Dirigat obtutus agilis procùl, hisque locorum
Defessos longo spacio tener amputet Aër,
Id, quod contenti visus absconditur, ultrò
Si qui in signiferi patulum circumferat Orbem,
Sex olli partes magnae dabit ambitus orae.
Ast hæ dimensi spaciis sic lege locantur,
Binaque decisim includunt partibus Astra.

Olli Cancer inest, Leo flammifer, Attica Virgo,
Brachia sunt itidem Chelarum, & Scorpius ipse,
Arci tenens; setosa debinc species Capricorni
Voluitur, auratam protendit Aquarius Vrnam.
Tum duo sunt Pisces, Aries, Taurus, Geminique.
His se bisenit Sol admouet, hisque recurrens.
Omnibus absoluit totos reparabiles Annos:
AL. Q. ^a Quæ cum signiferi graditur Sol aureus Orbem
Singula frugiparos attollunt tempora vultus.

Illijs

*Illi*us Oceano quantum submergitur alto,
Tantum Telluris supereminet, omnibus istae
Noctibus illabens Pelago sex inserit Astra;
Sex reparat: tanto Nox humida tempore semper
Tenditur, extulerit quantum se Circulus undis.

At si scire velis, mora lucem quanta retinet,
Et quanto Nox atra sibi trahat ocia lapsu,

Quae procul Oceano consurgunt Signa notato:

Horum semper enim comes est Titanius uni:

Horum prima oculis memor incunabula quaere
Luminis ipsa, vagi captans venatibus ipsa,

Ipsa notans Mundo quae^a sic se nubibus abdent.

Aut si^b consurgunt, ut Tellus saepe tumescit,

Occulta jugo, praetentaque rupe latebunt,

Prompta via est aliis venientum tempora Signis

Noscere, namque ipso deprenderis indice cuncta

Oceano, magnam^c quæ Circum amplectitur undis

Tellurem, curvet caelando ut littora Mundo,

Latius atque sinu patuli Salis hauriat Astra,

Istius indicium praebebunt cornua semper,

Vel Matutino quæ perstrepit Aëre fluctu,

Acer Atlantei vel quæ furit Aequoris Aestus.

Nam non obscuræ, cum Cancer commouet ortum,

Oceano Stellæ circumvolvuntur utroque

In Fretalabentes, aut quae se rursus Eōi

Parte ferunt Mundi. Minöae clara Coronæ

Seria cadent, Austri tergo cadet Incola Piscis:

Hunc medium pendere tamen, mediumq; sub undis

a Al. f.

*b Al. Non
surgent.*

c Al. qui-

*d Al. cur-
ret.*

ARATI PHOENOMENA

Gedere per spinam rutila labente Corona,
Semper suspicies: at tergi plurima versum
Ventre tenus summo supera inter Sidera cernes:
Os & colla dehinc, & pectora vasta per Aequor.
Mersantur: premit ab genibus celsos Ophiuchum
Usq; humeros Cäcer: Cäcer premit ortus & Angue.

^{a Al. fui-} Agmine quæ vasto^a fluit ad caput aspera cervix:
^{tat caput.} Quæ tumet & spiris, quæ turgent pectora, primis.

Parte nec Arcturus distabit multus utraque:
Iam minor in superis, jam viscera plurimus alto
Conditur: hunc etenim confortem, quattuor Astris:

^{b Al. Al-} Oceanus recipit, satur hic vix luminis^b Amni
Cedit, & inspiciens tandem convexa relinquit.

Tum jam plus mediis Nox inclinabitur horis,
Cum labente Die Phœbo comes ibit in undas:
Ista quidem vasti conduntur gurgitis alto:

^{c Al. illius} Contrà autem nulli concedit Sideris ortu
Orion rutilans ardentia cingula latè,

Et flagrans humeros, & splendens en se corusco,
Eridanumque trahens alio scitore promit.

Adveniente dehinc villoso colla Leone,
Omnia quæ Cancro se se emergente per Aethram
Extulerant, abeunt: quin & Iouis Ales in undas
Conditur, & totis raptim petit Aequora pennis.
Sed nixus genibus replicato luce residens
Poplite jam superi caelatur corporis artus.
Non tamen iste genu, non laevam gurgite plantam
Occultur, non Oceanus vorat omnia Signi.

Pro-

*Proserit Hydra caput, claro Lepus exsilit ortu,
Et Procyon, primique pedes Canis igni comantis.*

*Erigone falsis cum vultum exegerit undis,
Aëris ut patuli jam conscientia permeet Aethram.
Astrorum numerosa premit: nam Virgine Eōa
Consurgente, Fretō cedit Lyra Cyllēnacea,
Cedit Delphinus Pelago, ceditque Sagitta,
Primaque pennarum par canum condit olorem:
Vix jam cauda Salum superat, vix lumine parco
Eminet Eridanus, Ponti procūl effluatingit.
Caelatur sonipes caput impiger, ardua cervix
Tethyos ima petit falsae, jubar ora madescit,
Hydra superpositum procūl in Cratera movetur:
Parte alia ♂ liber vestigi, Sirius ardet:
Ultima caeruleo producens Aequore Puppim,
Illā micat, maloque tenus se se exerit Argo,
Cūm jam virgineos Acther vehit altior artus.*

*Nec cūm flagratas emitunt marmora Chelas,
Sideris expertes, ♂ clara luce carentes,
Non est nota Dies, aut est ignobilis Ortus;
Namque is indicium proprio fert ore Boötes
Plurimus exoriens, Arcturumque eminūs alto
Cardine succedit: jam celso Thessala Puppis
Aethere subvehitur: jam Mundo funditur Hydra
Longior, extremaeque Polum subit indigacaudae:
Curva Chii Coelo consurgunt brachia Signi.
Inspice ceu dextra referatur ab Aequore planta,
Inque genu tantum nixus pede proferat ortum.*

ARATI PHOENOMENA

Iste Lyrae rutilat conterminus, atque sub undis
Hic tenebris petit Occidui vaga caerulea Ponti,
Et mox Oceano reparatur clarus Eoo.

Cum Chelis igitur pede tantum promitur uno:
Ipse dehinc versus procùl in caput, ultima Monstri
Terga manet, manet Arci tenens, dum spicula Gelo
Exerat, & supera vibret Bellator in Aethra.

Hoc Sidus revehunt Chelae, crus Scorpions ipse,
Caetera cum medio laevam, & caput, oraq; rursum
Arcus agit: tribus hic tandem memorantia membra

^{a Al. re-}
^{morantia.} Partibus erigitur, tria totum denique Signa
Absolvunt Pelago, mediae tum ferta Coronae,
Ex qua Centauro diffunditur extima cauda,
Prima venenati cum repunt brachia Monstri,
Surgunt Oceano jam gurgite, & ultima Cycni,
Et caput acris Equi premit Aequora: jam procùl ista
Marmoris Occidui penitus petiere profundum,
Hausta Salo: caput Andromedae Freta vasta rece-
Ac formidatam devexi cardine Mundi (plant:
Flucligeni speciem Monstri super inuenit Auster.
Sed Boreae de parte trucis velut aggere ab alto

^{b Al. sub-}
^{recllo.} Prospiciens superi ^b subjecto verticis Axe,
Intentusque procùl specie, vaga brachia Cepheus
Exerit, & saevam Pelagi monet adfore pestem.
Illa tamen versa in fluvium postrema profundo,
Tingitur ab spina, capiti quae proxima summo est,
Undique succedens Cepheus, & verticem, & ulnas
Mersatur patulus. Quin & tunc Scorpious acer

Naf-

Nascitur Oceano, quicquid per Sidera, aquarum
 Ad speciem Eridanus Pater expuit, abditur alta
 Tethye, & Occidui tegitur Padus Aequore Ponti.
 Scorpius ingentem perterritat Oriona,
 Proserpens Pelago. vetus, & Latonia Virgo,
 Fabula, nec nostro struimus mendacia versu
^a Prima, neque obduri compigi germinis: Aetas
 Prima dedit Populis, caecus mos mentis acerbae,
 Immodicusque furor sceleris penetraverat oestro
 Impia corda Viri: tabuerunt dira medullis
 Protinus in mediis incendia: plurimus ardor
 Pectore flagravit. tenet improbus ille, procaxque,
 Te Dea, te dura valuit contingere dextra?
 Cum sacrata Chii Nemora, & frondentia late
 Brachia Lucorum, cum Silvae colla, comasque
 Devotae tibi-met, manus impia demolita est.
 Audax aut facinus donum foret Oenopioni:
 Digna sed immodico merces stetit illicet ausu.
 Nam Dea nubiferi perrumpens viscera montis,
 Dirum aniris animal saevos vomit hostis in artus.
 Ergo ut falcatis Monstrum petit Oriona
 Morsibus, & totas in membra ferocia Chelas
 Intulit, ille mali poenas luit. ista furori
 Praemia debentur, sunt haec commercial laesis
 Semper Numinibus. metus hic, metus acer in Astro
 Permanet, & primo cum Scorpius editur ortu,
 Orion trepido Terrae petit extima cursu. (thram,
 Nec minus Andromedae quidquid^b volitabit in Ae-
 litabat.

^a Locus
 mutius,
 & corru-
 ptus.

Et

ARATI PHENOMENA

^{AL. PI.}
^{Pisces.} *Ei si quid^a Pisatrix reliquum convexa vobebant,
Hoc oriente ruunt: omnes procùl in vada terror
Ingerit, & cunctos pavorem unus in Aequora cogit.
Cepheus ipse caput, distentaque brachia vasto
Induitur Ponto: Tellurem cingula radunt
Extima, & Oceanomersantur pectora rauco
Sola senis, reliquum Polus ast à littore versat.
Semper in Occiduo genitrix quoque Cassiopeja
Sidera praecepitis sequitur labentia natae,
Deformemque trahit procùl in vada caeca ruinam,
Prona caputque Solo, solio vestigia ab alto
Sustollit miseranda; superquatit ira furorque,
Doridos & Panopes post Fata novissima Matrum:
Ac memor has poenas dolor exigit. omnia fluctus
Haec simul Occiduos subeunt. tamen altera in undis
Sufficit, inque vicem lapsorum multa reportat.
Tempore namque isto reliquae se ferta Coronae
Expediunt Pelago, postremique agminis Hydram
Erigitur caudam: caput, & turgentia membra
Centauro exuperant: manus effert dextera praedam
Silvarum. nam prima feræ vestigia molles,
Arcum sera manent: Arcu redeunte per Aethram
Protulit, incipiunt reliquum Serpentis. & artus
Anguitenentis: item fert primis fluctibus Arcus
Amborum capita, & primis geminas Ophiuchi:
Ac primam rutili spiram Serpentis Eōo
Scorpius Oceano surgens agitat, pede Nixi,
Quem procùl aversum semper Salis altera mittunt.*

Tunc

Tunc artus medii, tūm pectora vasta, humerusque,
 Dexteraque ulnarum spumosi gurgitis Aestu
 Procedunt. Pariter caput, & manus altera porrò,
 Tota Sagittiferi cùm vibrant Astra, feruntur:
 Mercurialis item Lyra volvitur, altaque Cepheus
 Cardine sustollens vestigia gurgite, nondum
 Pectora liber agit, sed pectora mersus in undas,
 Plaustra Licaoniae pulsat pede desuper Vrsae.
 Tempore non alio, magni Canis ignea cedunt
 Sidera: potentum Fretum jam procùl Orionem
 Hauferunt Pelago, toto Lepus occidit Astro.
 Tūm quoque & Oceano fugientem Sirius urget.
 Sed non Aurigam, cùm gurgitis ille profundi
 Ima petit pedibus Capra mox, Hoedive sequuntur:
 Ista Polo rutilant, illum vada livida condunt:
 Haec membris discreta aliis, extantiaque altè
 Laevum humerū, & summae se se attollentia palmae
 Cernuntur, donec labenti congrada Soli,
 Sidere devexo Fretum late cerula turbent.

Nāq; manū² Aurigae, reliquū, celsumq; corusci ^{a Al. Au-}
^{rigae reli-}
^{quam.}
 Verticis, & dorso quā spina attollitur alto,
 Deprimit hirsuti Sidus surgens Capricorni.
 Membra Sagittiger ocedunt postrema revecto.
 Iam non alatus remoratur Sidera Perseus
 Aëris in spaciis, neque clavum vendicat Argo.
 Alluvione fato Perseus pede denique dextro,
 Atque genu libero, mersatur caetera Pontu.
 Argo quod curvis Puppim superattrabit oris,

T.

Tin-

ARATI PHENOMENA.

Tingitur, & duro tingit vada caerulea dorso.
Ipsa dehinc manet exortum Cilicis Capricorni:
Totaque cum Pelago Coelo descendit ab alto,
Aequora cum Procyon, gressum sectatus berilem,
Intrat, & Oceano permutat celsa profundo.
Haec habet Occidui plaga gurgitis, ista sonoro
Supprimit unda Salo. rursum procùl erigit Aethra
Cycnum, Aquilamq; Iovis. Surgunt flammata Sagitta
Sidera, perque Notum, rutila tum Numinis Ara,
Delphinum^a parvas promit Capricornus in auras.

a Al. pos-
tulas.

Et matutino cum surgit Aquarius Orbe,
Os Equus, atque pedes novus exerit: ecce cadentis
Parte Poli trahit Occiduum Nox atra sub Aequor
Centaurum cauda, sed non caput, aut humerorum
Vasta simul recipit: persistit pectore celso
Corni-pedis species, & Coelum vertice fulcit.
Qua dehinc serpens, & prima volumina tantum
Conditur: ingentis late tamen agmina caudae
Ponè trahit: subit ista solum, subit Aequora rursum
Integer Oceani, cum se Centaurus in undas
Icerit, atque novo vibrarint Sidere Pisces.
His in summa Poli surgentibus, ille per Austrum
Piscis item planta, quem pulcher Aquarius urget,
Reditur, haud toto tamen hic se corpore promit:
Sed manet alterius venientis tempora Signi;
Parte latet, partem supera in convexa sonoris
Fluctibus absolvit Pelagi: sic brachia moctae
Andromedae, sic crura dehinc, humeri que nitentes

Pau-

*Paulatim recavo redeunt Maris aurea Coelo.
Postquam adolent Pisces incendia, denique Pisces
Cum rutilant, Mudo dextrā haec attollit in ulnam,
Lacuaque Virginei rursum se corporis edunt.*

*Phrixei & postquam pecoris proruperit Ortus.
Australem hic Aries Aram procūl admoveat undis
Gurgitis Occidui: quā lux redit, excitat idem
Persea proceri sustollere verticis Astra,
Et claros fulgere humeros: ac caetera nondum
Sunt exenta Solo, quin totum hoc inoida veri
Natura ambigua Rerum ratione reliquit.
Extimus an reliquos Aries produceret artus:
Perseos, an T auro Freta pelleret adsurgente
Hoc una Coelum, subit integer haud ipse ulla
Viscera, nascentis nova T auri deserit Astra.
Quippe bujus flammis Aurigae Sidus inhaeret:
Nec tamen hunc totū sustollit T aurus in Aethram:
Aurigam falsis evoluunt fluctibus omnem
Surgentis Gemini, T auro, Capra, plantaque lacuva
Nempē Hoedi evadit, cum primū rursus ab undis
Cetosa in superum referuntur viscera Coelum.
Nam caudae, & crista rigor arduus Aëra celsum
Tunc repetunt, diri cum Sidera gurgite Monstri
Volvit praecipitis teres inclinatio Mundi,
Eminis ingentem condit pars prima Boötē.
Quattuor hic etenim Signis surgentibus altum
Vix penetrat Pelagus, neque summa totus ab Aethra
Labitur Arcturus, manus olli, quippe sinistra*

ARATI PHENOMENA

Euge manet; selsisque super subducitur Ursis.

At cum jam pedibus repetit fluctus Ophiuchus,
Ut genua Oceanus vasto procùl Aequore condat,
Signum erit Eōa Geminos procedere parte:
Nec lateri Pistrix cuiquam vicina videtur,
Sed jam tota super sustollitur: expuit atram
Iā Pelagus speciem, nec adhuc tamen extima sorbet,
Quid ne nascentis suspectat navita Ponto.
Agmina prima Padi Cœlo tum servare aperto?
Vicinasque faces rutili manet Orionis,
Curricula ut solers vero mox indice discat
Certa tenebrarum, possitque fideliter Astro.
Explorare Notos, & tuto carbasa Ponto?
Credo, ni desit magnorum congrua cura,
Prompta via est ipso cognoscere talia semper
Praeceptore luce, & Cœlo tibi signa Magistri
Omnia ducentur: monet alta Iupiter Aethra
Singula nos, facilis veram dedit Arbiter artem,
Ne tempestatum primordia caeca laterent.

PROGNOSTICA

Nōnne vides primū cum Phoebe in cornua surgit
Tenuja, & angusto lumen jacit ore per Aethram,
Decedēt Die, pronoque ab tramite Solis,
Promat ut ingressus solers tibi tempora Mensis?
Namque facem quarti sibi met profitebitur ignis
Corpora cùm primū perfundens lumine nostra,

In

In subjecta Soli tenuem porrexerit umbram.
 Ast Orbis medii si cedat Cynthia formam,
 Octavos ortus, octavaque plaustra docebit.
 Denique cum toto Dea jam surrexerit ore,
 Integer ut magni resplendeat ambitus Orbis,
 Effluxisse sibi medit jam tempora Mensis,
 Monstrabit Coelo: pleni cum rursus egenae
 Oris eat tanto procedens lumine formae,
 Inscribit aeris quantum Dea nubibus ignes,
 Esse senescens sibi met dispensia Mensis
 Illa docet, quibus in rutili confinia Fratris
 Tertia vix Mundo superst via: cum minus autem
 Kmbrarum excludis, sunt tales quattuor ortus
 Marcentis Lunae, quales sub Mensa renato
 Quattuor exsurgunt languentis luminis umbras:
 Atque his octonas includunt ordine luceas.
 Interjectorum numerum quoque nosse Dierum
 Prompta via est, proprio semper Dea proditur ore,
 Scandat quanta Polum, quoties temone jugales
 Strinxerit, E quanto jam tramite liquerit undas.
 At decedentis postrema crepuscula Noctis,
 Bis sex Signa tibi, quae versat Signifer Orbis,
 Monstrabunt cursu: nam Phoebus singula mutat,
 Semper E alterno succedit in omnia lapsu,
 Conficiens iter Aetherium: nunc igneus istud
 Astrum adoleat flammis, alii nunc aurea Titan
 Lumina miscetur, vel cum devexus in undas
 Labitur, E rebus formam absumpsere tenebras:

ARATI PHOENOMENA

*Vel matutino redit incunabula linquens
Cum Pelago, & rebus suffudit luce colores.
Sic diversa diem comitatur Sidera semper.
Non ego nunc longo redeuntia Sidera motu
In prisca memorem sedes; habet ista priorum
Pagina, & incerta Rerum ratione feruntur.
Nam quae Solem hiberna novē putas Aethere volvi,
Ut Lunae spacium redeat, vetus Harpalus ipsam
Ocyus in sedes, monumentaque prisca reducit.
Illiū ad numeros prolixā decennia rursum
Adjecisse Meton Cecropia dicitur arte,
Inseditque animis, tenuit rem Graecia solers,
Protinus & longos inventum misit in Annos.
Sed primæva Meton exordia summis ab Anno,
Torqueret rutilo cùm Phoebus Sidere Cancrum,
Cingula cùm veheret Pelagus procùl Orionis,
Et cùm caeruleo flagaret Sirius Astro.*

*Hoc ut fons est, unde & duxit tempora Lunae
Navit, quo longum faciliterate curreret Aequor,
Aequora ruris amans, Telluri farra Parenti
Crederet: ingenti petat haec indagine semper,
Seu qui vela Salo, seu qui dat semina Terræ.
Nec mora discendi, brevis hic labor, & breve tempus
Poscitur: innumeros habet autem industria fructus.
Vtilitas recta manet, prænoscere motus
Si libet aërios, & tempestatibus ipsis
Edere principium: te primum sponte procellis
Arcebis rabidis, te rursum Principe fluctus*

Vitabunt alii, si certis singulis signis
 Tempora discernas. nam Mundi cardine verso,
 Ut stata rauci-soni redit indignatio Ponti,
 Saepè etenim quamquam tranquillae noctis amictu
 Mitia protensi requiescant terga profundi,
 Doctus securam subducit ab Aequore Classem
 Navita, & Actaea retinet statione phasclum,
 Cum matutinae praesensit signa procellae.
 Namque alias Coelo cum tertia lumina Phoebus
 Exerit, ille Sali fuit implicabilis horror,
 Adfore quem Pelago comitem sibi dixerat Astrum:
 Crebrò quinta debinc lux commovet Amphitriten:
 Saepè inopina malici clades ruit, omnia certis
 Indiciis tibi Luna dabit, seu lucis utrinque
 Caesa facem, seu cum teretem concrescit in Orbem.
 Sol quoque venturas aperit tibi saepè procellas,
 Sidera producens, & cum sale Sidera condit.

Nec minus ex aliis aderit cognoscere motus
 Aequoris, & magnos Coeli callere tumultus,
 Quos det certa Dies, quae longi tempora Mensis,
 Astrorumque vice, & Mundi ratione trahantur.
 Aeris immadidum quiddam Tellure creatum
 Spiramenta vomunt, vis hoc cum fundit in auras
 Venarum, occultè patulo practexitur agro
 In subjectum oculis, Terramq; supernatam omnem,
 Multaq; materies, quam cum calor igni-comantum
 Haufit Stellarum, superas subducit in auras,
 Et concreta diu compingit nubila Mundo.

ARATI PHOENOMENA

Si minor haec madidi substantia cespite ab imo
Subrigitur, tenues nebulae caligine fusa
Tenduntur Coelo: vis autem siccior olli
Cum fuit, in celeres dissolvit undique ventos,
Vicinumque sibi flabris dominantibus ultrò
Aëra propellit: si major protinus humor
Consurrexit humo, pluvias quoque nubila fundunt.
Et pluviis latè calor est Pater. hic super imbres
Exprimit, & ducta ferventis ut obice Mundi
Respuuit humorem: si molles, magna utriusque
Occurset sibi met velut obvia, cominus Agris
Compulsa aërio fragor intonat, amplaque latè,
Murmura discurrunt pariter crepitantibus auris.
Hic infictus item, diversorumque per Aethram
Saepè superna furens, illisos fulguris ignes
Excludit, rutilis totamque volantibus Aethram
Praestringit flammis: & Coelum sulfure odorat.
Omnibus his genitrix Tellus, & cespite ab imo
Ducuntur superi motus: ipsa ignea Mundi
Lumina flammigero Phoebus temone coruscans,
Et quae nocti vagos attollit Luna jugales,
His peperere malis exordia. namque deorsum
Movit Humum cum forte calor, laxata repente
Spiramenta Soli venas procùl, altaque pandunt
Viscera Telluris: bibit imum Terra calorem
Desuper & madidum tepefactus cespes anhelat.
Aëris hos motus, rabiemque volubilis undae,
Flabra procellarum, mundani tramitis iras,

Præ-

*Praesentire decet, cape solers singula mente,
Praeceptisque virum sitientia pectora pande.*

*Cynthia cum primum Coelo novacornua promit,
Cautus utrinque Deam circunspice: namq; revectae
Nequaquam semper similis lux imbuit Ortum:
Sed species diversa trahit, varioque notatur
Formarum primicum surgit luminis igne,
Tertia cum rutilat, cum major Sideris Aethram
Scandit, & aerias quarta face luminat oras,
Ingredientis erit plenè tibi nuncia Mensis:
Haec castigato si tertia fulserit Ortus,
Pura sit, ut foedis ab sordibus adfore dices,
Clara, serena diu. tenui surrexerit autem
Si face, & ignito suppinxerit ora rubore,
Turbida certantes converrent Aequora cauri:
Luminis ista dehinc si crassior, atque retusis
Cornibus ingreditur, si quarti Sideris Ortus
Percussi ut tenuem praetendat corporis umbram,
Imbris, aut Zephyris hebetabitur, arguet ultrò
Flabra Noti, aut pluvias . nam crassus desuper Aer
Cornua caeca premens, Notus uvidus Aer a cogit,
Tertia si rursum protollat Cynthia curvus,
Sic subrecta faces, & acuminata coruscans,
Ut nec curva quasi declinet cornua, nec tum
Fusa supinatum diducat lumen in auras,
Occiduo Zephyrum praedicet surgere Mundo,
Aut Lybiae de parte Notum. sin quattuor autem
Cynthia curriculis Coelum subit, atque coruscis*

ARATI PHOENOMENA

Cornibus immodicè prostantibus usserit ignes,
Vix prolixa Salum ciet, ocyùs omnia cauri
Marmorā cōvolvent, fera verrent flabra profundū,
Istius in Boream quod se sustollit acumen,
Si curvum specie velut annuat, adfore Coelo
Saeva procellosi praedicet flabri Aquilonis.
Namque hoc urgeri se-se adserit, hocque gravari
Indice: rursus eò veniet Notus, hanc ubi partem
Ponè supinari conspexeris; inque reclinem
Spontē habitum: pandi nam subrigit Auster acumen
Inferiore plaga, si Lunam tertius ortus.
Proferat, atque Deae convolvat Circulus oras,
Suffusus rutilo, mox tempestate sonora
Spumosum latè Pelagus canescere cernes.
Major ē baec rauci versabit gurgitis undas,
Ipfa quoque immodicè, si vultum Luna rubescat.
Contemplator item, seu plenum luminis Orbem:
Cynthia distendit, seu cum teres ambitus olli
Ceditur, ē mediae velut indiga lucis, utrinque
Sustinet obductae, sibi met dispendia formae.
Cornua prima replens, ē cornua fessa debiscens
Induit, ē qualē procedens ore colorem.
Hinc perpende oculis, ipso Monitore Dierum
Signa tene, ac totum discerne in tempora Mexim.
Non unum depensa Diem tibi signa loquuntur,
Nec vulgo in cunctis adsint praecpta Diebus:
Sed quae signa novo dederit Nox tertia motu,
Quiriāve sustollat medios dum Cynthia vultus,

Du-

Durabunt Coelo: medio quae edixerit ore,
 Ignes in plenos: hinc in diffendia rursus
 Altera, provisae signantur tempora Lunae.
 Illa dehinc donec germani luminis ignis
 Accedat Phoebe, Mensis postrema notabunt.
 Hoc quod protento vehit ingens Mundus inani,
 Aera nomen habet: quod spirat cespite Tellus,
 Nubila dicuntur: Coelum super Aula Deorum,
 Axi compactum convolvitar. hic sua certis
 Sunt loca Numinibus: Borealis verticis alta
 Regia Saturni: qua siccior Annus anhelat,
 Aestatis rutilo, calida stat Iupiter Aethra:
 Immodicus Terram qua desuper ignis adurit,
 Gradio incolitur brumalis pulsus habenas
 Qua Solis redigit, pulchro Venus obtinet Astro.
 Ast ubi demerso latet ater Circulus Orbe,
 Cessit Mercurio locus imbrifer: his super amplas
 Quinque tenens Zonas, certo via fervida Solis
 Limite decurrit, cum Lunam nubila propter,
 Exhalantis humi qua spiramenta madescunt
 Ima, vehunt Coeli, luxit dum frustra frequenter
 Desuper in nubes rutilantis lampade Lunae.
 Pascitur humore, & varias Dealumine formas
 Exprimit incerto: sic crebro denique Phoebo
 Nubibus ambiri cum subsint nubila, Lunae
 Creditur, hanc quoties includere Circulus ergo
 Spectatur, proprio succedunt ordine Signa:
 Ille alias trino cum volvit tramite Lunam,

ARATI PHENOMENA

Et Geminis plerumque meat, solet unicus idem
Cingere. si simplex circunversabitur Orbis,
Signa procellarum certissima, signa sereni
Praeferet: abruptus subito praenunciat Euros:
Marcescens tenui sensim caligine, & Aethra
Digestus patula, docet undis adfore pacem.
Si duo se Lunae circumfudere, repente
Maxima vis Pontum, vis verret maxima Terras.
Majoresque debinc agitabunt stagna procellae.
Si trinus rutilum constringerit ambitus Orbem,
Et magis immoda formidine saeviet Auster,
Zonarum teter fuerit si tractus in Aethra,
Denique disruptant si se se cingula Lunae,
Ultima tempestas ruet imi gurgitis Aestum.

Solis quin etiam, Solis tibi cura videndi
Sit potior, Solem melius praevisa sequuntur,
Astrorumque Duci monstrata tenacius baerent.
Sive ille Occidua Vergat declivis in undas,
Seu se luciferis reparabilis exerat oris.
Istius ingentes radii, caliginis atrum,
Et nebulosarum tractus piceos tenebrarum
Lumine dispiciunt, cum per Chaos umbriferum vis
Flammea pervasit, cum semper Noctis amictus
Inserit aeriae fulgor facis: ille colore
Pigrumovet, simulat rutilis torpentia flammis,
Sol sopita animat, Sol dura obstacula primus
Curva adamanteo referat Pater, efflu& Phoebus
Igne inhibet, Phoebus radiis densata relaxat.

At

At cùm flammigeri cedit vis inclita Solis
 Lucis egens, crassaeque Deus latet obice nubis,
 Et Coelo, & Pelago magnos ait adfore motus.
 Non hic cùm primos educet gurgite vultus,
 Ceu picturato diversos ore colores
 Proferat: haud etenim tali tibi Sole revecto,
 Mitia jam Coeli fas exspectare serena.
 Etsi tranquillo convexa cucurrerit Astro,
 Indideritque facem Ponto Deus integer, atra
 Nube carens, purusque coma, & splendidus Orbe,
 Convenit Eöae faciem praesumere lucis.
 Sed non ora cavo similis, medioque recedens
 Ore quasi, vel si radios discingitur ultro,
 Figat ut Australem porrecto Sidere partem,
 Ac Borean rigidi jaculetur luminis igne,
 Et vento & pluviis reparata in luce carebit.
 Denique per flamas procùl atque incendia, Solis
 Ipsa Dei cedunt blandi si lumina, solers
 Tende oculos, certa hoc ducentur Signa Magistro.
 Et ne sanguineus latè robur induat ora,
 Quà alia pro tractu vaga nubila saepè rubescunt:
 Aut ne labenti piceus color abdat amictu
 Lampada, quaere diù; si tetro crassior Orbe est,
 Vuescet pluviis Tellus, inflataque celsus
 Aggere devicto superabunt flumina ripas.
 Ignea si fulgor praecurrat plurimus ora,
 Flamina crebra Salis quatiet vada; flumina Terras
 Converrent omnes, & duri flabra Aquilonis,

Sil.

ARATI PHOENOMENA

Sil'varumque comas, & ce'sa cacumina flectent.
Vis simul amborum si vultum Solis oberret,
Cuncta Noti quatent. im'bre procul Arva rigabut.

Ecce alias primo nascentis Solis in Ortus,

Vel cum praecipites Pelago Deus inficit ignes,

^{a Al. ne-} ^{b Al. baec} ^{c que.} Ut coeunt radia nebuloso: caetera quippè

Pars Hyperioniae ruitat facis, ^b hicque comarum

Vis confusa micans Mundo sua lumina praefat:

^{c Al. sic.} ^c Hic Globus ater item liventia nubila cogit,

Nonnunquam crasso nebularum tectus amictu,

In convexa redit, tum Coelo rursus aperto

Cum ruit, opposita vultum caligine condit:

Omnibus his signis in Terram defluit imber

Plurimus. Interdum tenuis praevertere nubes

Visa Deum. haec celeri si praesurrexerit Ortus,

Ipsique ponè sequens radiorum luce carere

Cernatur, nimbis ingentibus Arva madebunt.

At matutini si Phoebum in littoris acta

Majorem solito produxerit, atque per Aethram

Marcenti similis defluxerit extimus Orbis,

Alta dehinc scandens minuat jubar igniferum Sol,

Pura serena aderunt: namque olli gurgitis Aër

Crasior in modicum surgens diffuderat Orbem:

Et jam se tenero sustollens tramite Coeli

Oblitum justi jubar attrahit. hic quoque magnis

Cum madefacta Dies sub tempestibus horret,

Pallidus oracadens, promittit pura serena:

Displosis etenim per apertam nubibus Aethram

Ora

Oralaboranti similis languentia pallit:
 Et disjectarum moles latè nebularum
 Indicat exuti faciem clarescere Mundi.
Quin nascente Die venturos convenit imbræ
 Noscere; cùm proni procùl ad confinia Coeli
 Deferri piceo spectaris nubila tractu,
 Et cùm declinant radii se partem in utranque.
 Lucis in Occasu, Nox ut ferat algida rores,
 Imber erit. Puras si Phoebus condat habenas,
 Et Calpetano tranquillum gurgite lumen
 Tingat, ac in lapsu nubes ignita sequatur;
 Noxque, Diesque dehinc venturi rursus Eöt
 Nimborum expertes, \mathfrak{E} tempestatibus atris
 Durabunt. Sed cùm radiis marcentibus ardor
 Languet, \mathfrak{E} intenui tenduntur acumine frustra
 Phoebei crines nimbos aget atra procella.
 Talis \mathfrak{E} obducti cernetur forma Diei,
Qualem Fraternos subtexens Luna lugales
 Lucem hebetat: subit haec superi sacra lumina Solis
 Inferior. mediaeque interstant lampadis Orbe
 Arcet flammigeræ radium facis: haud tibi rursum
 Cùm matutinos molitur Lucifer Ortus,
 Ebria sanguineæ subvolvant vellera nubes.
 Namque gravis Coelo fundetur protinus imber.
 Nec si Sole procùl rutila inter stagna morante
 Emineant radii, radios quoque crassior umbra
 Contegat, ille Dies pluviis, ventoque carebit.
Quin erit imber item, si Solem Circulus ater

d Al. fine

Am-

ARATI PHENOMENA

Ambiat exortum: major sc̄ denique nimbus
Vrgebit Coelo, major sola perluet imber,
Circunfusa adeò si singula nescia solvi
Servarent tetricae speciem torpentia motis.

Saepè etiam Phoebo nubes percussa rubescit,

a Al. A:- que imi-
ra: a Dei
formam.
Et meditata Dei formam, procùl igne recepto,
Concipit effigiem, simulato luminis Orbe.

Id qua parte Poli spectaveris, adfore ab ipsa
Parte tene Ventos: tamen haec tamen omnia semper
Decedente Die melius ventura docebunt.

Convenit hic etiam parvum Praesēpe notare;
Id nubi nomen, quae Cancro obvolvitur alto
Graccia docta dedit: duo propter denique Assēlos
Suspice, quorum aliis septem vicina Trioni
Astra adolescēt, tepidū procùl alter spectat in Austrum.
In medio quod nube quasi concrescit adacta,
Id Praesēpe vocant. porrò hoc Pr̄iesēpe repente
Si se-sē ex oculis procùl auferat, ardeat autem
b Al. aetrii Congruus^b aëriis latè rubor ignis Assēlis,
Nequaquam tenues agitabunt stagna procellae,
At si Sideribus similis lux duret, & illi
Tetra sit effigies, cadet altis nubibus imber
Lenior, & parco mox Tellus rore madebit:
Sed Boreae si parte trucis velut indiga justae
Stella facis, lento marcescere cernitur igne,
Et procùl alterius jubalatè flagrat Assēli,
Protinus Aethiopum surget convallibus Auster:
At Regione Noti si lacem Stella senscat.

In-

Ingens Riphacis Aquilo crepitabit ab oris.

*Quinque terrenis cape rebus certa frequenter
Signa procellarum: nam cùm traxere tumorem
Aequora prolixum, cum littore curva resultant
Spontè procùl, neque caeruleus colliditur Aestus:
Aut cùm proceris vertex in montibus ultrò
Perfìrebit aërium, ventos instare docebunt.*

c Al.reso
nave.

*Et cùm parva fulix trepido petit arva volatu,
Stagna sinens, longasque iterat clangore querelas,
Indicat insans Fret a mox canescere Ventis.
Denique cùm Coelo tenduntur pura serena,
Sacra tura Polo sunt flamina, primus in ipsa
Mox picturati convertit pectoris artus
Sturnus edax, premat ut tenues vis obovia plumas,
Et ne post tergum pateat penetrabilis Euro.*

*Latipedemque Anatem cernes excedere Ponto
Saepius, et summa nebulam se tendere rupe:
Iamque super latices florum volitare senectam,
Stellarumque comas rumpi procùl, Aethere celso
Decidere in terras, rutilarum spargere crines
Flamarum, et longos à tergo ducere tractus:
Inde etiam ventos mox adfore praemonet Vsus.*

*Quod si diversis se pañim partibus ignes
Excutiant, verret Pelagus sine fine, modoque
Turba procellarum, si duri limite ab Euri,
Si regione Noti, si lenis parte Favoni,
Aut de Bisthonio Mundi procùl Axe coruscat.*

Si repetunt veterem Ranae per stagna querelam,

ARATI PHENOMENA

Vellerat si Coelo volitent, si discolor Iris
Demittat gemino se fornice, Circulus albam
Si Stellam teter uelut ambiat, Aequora propter
Si crepitent Volucres, si gurgite saepius alto
Pectora mersentur, si crebro garrula Hirundo
^{a Al. sec.} Stagna adeat, rutilae cum^a sint primordia lucis:
Si matutinas Vlulac dant carmine voces,
Improba si Cornix caput altis inserit undis,
Flumine terga rigans, si saevit gutture rauco,
Plurimus abruptis fundetur nubibus imber.

Imber erit, totis cum Bucula naribus auras
Concipit: Et latè pluviis Sola cuncta madebunt,
Cum proprias solers sedes Formica relinquens,
Ovacavis effert penetralibus; aspera quippè
Tempestas, gelidusque Dies, Et frigidus Aether,
Inserit internis Terrarum redditus Aestus,
Pectora cum curvo purgat Gallinula rostro.

Agmine cum denso circumvolitare videtur
Graculus, Et tenui cum stridunt gutture Corvi,
Cum proceras Salum repetit clangore frequenti
Ardea: cum parvae desigunt spicula Muscae,
Et si nocturnis ardentibus undique testis,

^{b. Al. Con-} b. Concrescunt Fungi, si flammis emicet Ignis
Effluus, aut Lucis substantia langueat ultrò,
Convenit instantes praenoscere protinus imbres.
^{c Hic po-} c. Denique cum patulum torrens Vulcanus abenum,
^{nenda Pa-} Scintillas flamma circunlabente reliquit.
^{raraphi-}
^{nta & co}
^{lo fo}, re
^{liquis, in d}
^{le: Edum,}
^{relinquit.}

Si Notus humentes Libyco trahit Aethere nubes,

Si

^a Si nimium ad montem nebularum crassus amictus
Tendatur, summo nudentur vertice saxa:
Et quā Pontus item Freta per distenta quiescit,
Nubila si longo se procumbentia tractu
Diffundunt Coelo, & Thetidi, Terrisque ^b supinis
Pax aderit, nusquam Mundo ruet effluus imber.

^c Al. s.
imum.

^b Al. su-
pinis.
ūnriq.

Sed cūm tranquillo tenduntur crassa serena
Sub Iove, venturae praenoscere signa procellae
Convenit: & rursum cūm perfurit Aēris horror,
Inspice quam referant Terris, Pelagoque quietem.
Inter primatamen parvum Praesēpe notatur
Arduus excelsō quod Cancer cardine voluit.
Hoc cūm concretus tenuari cooperit Aēr,
Discutit impositae latē sibi molis amictum.
Namque sereniferi patet hoc in flabra Aquilonis
Cominus, & prima purgatur flamme Venti
Tempore, tūm proprium modulatur Noctua carmen,
Tūm vespertinum Cornix longaeva resultat,
Tūm Corvi crepitant, & ovantes gutture rauco
Agmina crebra vocant, tūm nota cubilia laeti
Succedunt pariter, tūm pennia corpora plaudunt.

Tunc & Strymonias circunvolitare repente
Suspicies per aperta Grues, ubi mitior Annus
Spontē procellosum disjecerit Aēra Coelo.
Tūm quoq; cum Stellis hebes est Lux omnibus ultrò,
Nubila nec crassos circunduxére meatus,
Vt jubar occulerent flagrantibus obvia flammis:
Nec caligo inhibet rutilantis lampados ignes,

ARATI PHENOMENA

Orbe nec expleto sacra Sidera Luna retundit:
Sed jam sponte sua Stellarum lumina marcent,
Convenit hibernae praenoscere signa procellae.
Nubila si Coelo consistere, nubila ferri,
Si que superfundi sibi met suspexeris, ultrò
Gramina si carpit semesa petaciùs Anser:

Si nocturna tibi Cornix canit, Hesperus Aethrae
Cùm redit, in numero si cantu Graculus instat,
Si matutino fringilla refluit ab ore,
Si fugiunt volucres raptim Fretat turbida Nerei,
Orchilos infestus si floricomis Hymenaeis
Ima petit Terrae, si denique parvus Eritheus

<sup>a Al. Tr-
i idus.</sup> Succedit^a trepidae scruposae concava rupis;
Cecropias si pastus Apes vicinus ad ipsa
Castra inhibet, florumque simul libamina moestae
Proxima decerpunt: si Threiciæ per aperta
<sup>b Al. aucta
cibus.</sup> Spontè Grues trepidat, nec se ^b audaciùs Aethrae
<sup>c Al. com-
missunt.</sup> Committant pinnis, ut longo saepè volatus
Formavere super: si solvit Aranea casses,
Tenuja si toto vebit Auster licia Coelo,
Mox tempestates, ^c nubilat etra cidentur.

Quid majora canam? Cinis en, cinis ipse repente
Cùm coit, albenti nix Terras vestit amictu,
Nix operit Terras, rutilis ubi lumina prunis
Summa rubent, errantque brevi caligine crassae
Interius nebulae, ^d denso jam fomes in igni
<sup>e Colise-
re cuver-
sibus an-
teriori-
bus.</sup> Marcescit penitus, pluvios mox arguet Austros,
^d Induit immodicis cùm se-met floribus ilex,

In-

(*Indigatnam succi ligno natura rigenti est*)
Et cùm flore novo, cùm brachia glande gravantur
 • *Ventis Coeli sub nutrimenta latenter*
Spontè^b operata docet. quin ē lentiscus amara,
Indicium est pluviis: ter foetum concipit arbos,
Terque novos genitrix fructus alit: ipsaque trino
Flore renidescens tria tempora prodit arandis
Ter prorumpentis Scillae teres erigitur flos,
Sulcandiique Solum ter monstrat tempus adesse.

^a Al. V. re-
tis Coeli
bi.
^b Al. pa-
rata

Sic ē Crabronum rauca agmina, si volitare
Fine sub Autumni conspexeris Aethere longo,
Iam vespertinis primò cùm commouet Ortus
Vergilias Pelago, dices instare procellas.
Si que Sues lenta, si lanæ sedula Nutrix,
Si Capra dumosis errans in saltibus, ultrò
In Venerem pergit: (quippe ollis uidus Aēr
Excitat internum per viscera mota furorem:)
Et tempestates, ē nubila protinus atra
Adfore praecipies; quin ē gaudebit Arator.
Quique solum justis versabit Mensibus Anni,
Plebe Gruum prima: gaudebit tardus Arator
Agmine pigrarum: sic quadam lege Deorum
His comes est Imber. Pecudes si denique Terram
Lanigeræ fodiant, caput^c aut tendatur in Arcton,
Cùm madidus nondum per marmora turbida condit
Plejadas Occasus, cùm brumæ in frigora cedit
Frugifer Autumnus, ruet Aethra concitus Imber.
At ne perruptis Terrarum dorsa lacunis

^c Al. ar.

In-

ARATI PHOENOMENA

Infodiant pecudes: si vasto viscera hiatu

Discutiant terrae, veniet vis Aethere toto

Dira procellarum, nix omnes vestiet agros,

Nix herbas laedet teneras, nix uret aristas.

At si contigerit plures ardere Cometas,

Invalidas segetes torrebit siccior Aër.

Nam quac prorumpunt Naturae legibus ultrè

Spirimenta Soli, si justus defuit humor,

Arida per Coelum surgentia de super Aethrae

Ignescunt flammis, Mundique impulsa calore

Excutiunt Stellas, & crebro crine rubescunt.

Contemplator item, si longo plurima Ponto
Agmina festinant volucrum, solidamq; frequentes
Succendunt Terram, sterilis desaevit Aeclus,

Ac sident agri: nam quæ circumflua Tellus,

Adluitur Pelago, coquit altam siccior Aër

Cespitis arenis Ventis, citiusque calorem

• Al. suc-
cincta. Sentit Humus sic cincta Salo: fuga protinus ergo
Est avium in Terras: pavet bos ut viderit Aeclus
Agricola, & sicco jam deflet mergite culmos.

Sed si tum modico producant agmina ab undis,

Nec trepido paßim versant convexa volatu,

Lactitia est duris Pastoribus, adfore parcus

Praefumunt imbres: sic in contraria semper

Vota homines agimus, nostrique cupidine fructus

Poscimus alterius dispendia: denique & ipsa

Solers Natura, & Rerum genitalibus Ordo,

Certa suis studiis adfixit signa futiri.

Nam-

Namque & Ovis cupido si gramina tondeat ore
 Insaturata cibi, decerpens^a latius agros,
 Pastor id indicium pluvialis frigoris edet.

^{a Al. lac-}
^{tiu.}

Et si persultans Aries lascivius herbas

^b Adpetit, aut se se sustollant saltibus Hoedi:
 Vel si juge gregi cupiant haerere, nec usquam
 Matribus abscondant; & si sine fine, modoque
 Pabula delibent, cum tutas vesper adire
 Compellat caulas, monstrabunt adfore nimbos.

^{b Al. ad-}
^{genar.}

Bubus arator item trahit atrae signa procellae;
 Lambere si lingua prima hos vestigia forte
 Viderit, aut dextrum prosternere corpus in armum.
 Vel si prolixis auras mugitibus implent,
 Pascua linquentes vix vespero. dat Capra moti
 Rursum signa Poli, cum spinis ilicis atrae
 Multa inhibat. docet haec eadem Sus horrida coeno,
 Gurgitis illuvie si saepius involvatur.

Martius ipse Lopus villarum proxima oberrans,
 Affectansque locos Hominum, lectumque Laremque.
 Spontè petens, crasso consurgere nubila Cœlo
 Praemonet. id parvi cùm stringunt deniq; Mures, ^{c Al. bri-}
^{dum:} Cùm gestire Solo, cùm ludere forte videntur:
 Portendit tibi met Canis id praesentia multam
 Tellurem fodiens. tamen haec, tamen omina Rerum
 Adfore vel primò nimbos mos Sole docebunt,
 Vel cùm curriculis lux ibit cepta secundis,
 Tertius aut verso cùm venerit Ortus Olympo.

Non spernenda tibi sint talia, sed memor uni
 * Adde

ARATI PHOENOMENA

*Adde aliud semper : si tertia denique signa
Proveniant, firmo venturum pectore fare:
Et transactorum solers componere Mensum*

*a Al. con-
fluxere.* *Signalaborabis, si ^a sic fluxere reperta,
Nequaquam trepidare pudor persuadeat ullus
Astrorum lapsus, Astrorum protinus ortus*

b Al. ea *Discute, si casus similes, ^b Et Stella per Aethram
Prodidit, exacti jam summa crepuscula Menis.
Et surgentis item primordia, conscius artis
Fare sacrae. Mensum confinia summa duorum
Caeca latent: luce haec semper se-met in octo
Inscia Lunaris tendunt facis: ipse fideli
Perquires studio: Et si quid tibi forte repertum,
Pluribus indicis solers fulcire memento.*



AVIE-

A V I E N I
 A E S O P I C A R V M
 F A B V L A R V M
 L I B E R

Avienus THEODOSIO S. D.



Vbitanti mihi (THEODOSI optime) quonam litterarum titulo Nostrī Nominis memoriā mandaremus, Fabularum Textus occurrit, quòd in his urbanè cōcepta Falsitas deceat, & non incumbat necessitas Veritatis. Nam quis Tecum de Oratione, quis de Poëmate loqueretur, cùm in utroque Litterarum Genere & Atticos Græcâ Eruditione superes, & Latinitate Romanos? Hujus ergò materiae Ducem nobis Aesopum noveris: qui respōso Delphici Apollinis monitus, ridicula orsus est, ut legenda firmaret: verūm has pro exemplo Fabulas & Socrates Divinis Operibus indidit, & Poëmati suo Flaccus aptavit,

vit, quòd in se sub jocorum communium specie, Vitae argumenta contineant. Quas Graecis jambis Babrius repetens, in duo Volumina coarctavit. Phoedrus etiā partem aliquam quinque in Libellos resolvit. De his ergò usque ad quadraginta & duas in unum redactas Fabulas dedi : quas rudi Latinitate compositas, Elegiis sum explicare conatus. Habes ergò Opus, quo Animum oblectes, Ingenium exerceas, Solitudinem leves, totumq; vivendi Ordinem cautus agnoscas. Loqui verò Arbores, Ferras cum Hominibus gemere, verbis certare Volucres , Animalia ridere fecimus, ut pro singulorum necessitatibus, vel ab ipsis minimis, Sententia proferratur. VALE.



Rustica, & Lopus I.

RVSTICA deflenti parvo juraverat olim,
Nitaceat, rabido quod foret esca Lupo.
Credulus hanc vocem Lupus audiit, & manet ipsius
Pervigil ante fores, irrita vota gerens.
Nam lassata puer nimiae dat membra quieti,
Spem quoque raptoris sustulit inde famas.
Hunc ubi silvarum repetentem lustra suarum
Iejunum conjux sensit adesse Lupa:
Cur, inquit, nullam refers de more rapinam:
Languida consumitis sed trahis ora genis?
Nemireris, ait, deceptum fraude maligna,
Vix miserum vacua delituisse fuga:
Nam quae praeda, rogo, quae spes contingere posset,
Iurgia nutricis cum mihi verba darent?
Haec sibi dicta putet, sequere bac sciat arte notari,
Foemineam quisquis credidit esse Fidem.

Aquila, & Testudo II.

Pennatis avibus quondam Testudo locuta est,
Si quis eam Volucrum destituisset humi.
Protinus è rubris conchas proferret arenis,
Quis pretium nitido cortice Bacca daret.
Indignans sibi met, tardo quod sedula gressu
Nil ageret toto, perficeret que Die.
Ast ubi promissis Aquilam fallacibus implet,
Experia est similem perfida lingua fidem.

AVIENI AEsOPICARVM

*Et malè mercatis dum quaerit Sidera pennis,
Occidit infelix alitis ungue fero.
Tum quoque sublimes, cùm jam moreretur, in auras
Ingemuit, votis haec licuisse suis.
Nam dedit exosae post haec documenta quieti,
Non sine supremo magna labore peti.
Sic quicunque nova sublatus laude tumescit,
Dat merito poenas, dum meliora cupit.*

Cancri III.

*Curva retrocedens cùm fert vestigia Cancer,
Hispidasaxosis terga relisit aquis.
Hunc genitrix facili cupiens praecedere gressu,
Talibus alloquis praemonuisse datur.
Ne tibi transverso placeant haec devia, Nata,
Rursus in obliquos neu velis ire pedes:
Sed nisu contenta ferens vestigia recto,
Innocuos prono tramite siste gradus.
Cui Gnatus: Faciam, si me praecesseris, inquit,
Rectaque monstrantem certior ipse sequar,
Nam stultum nimis est, cùm tu pravissima tentes,
Alterius censor ut vitiosa notes.*

Boreas, & Phoebus IV.

*Immitis Boreas, placidusque ad Sidera Phoebus
Iurgia cum magno conseruere Iove;
Quis prior inceptum peragat: mediumq; per Orbem
Carpsbat solitum forte viator iter.*

Con-

*Convenit hanc potius liti praefigere caussam,
Pallianudato decutienda viro.*

*Protinus impulsus ventis circumtonat Aether,
Et gelidus nimias depluit imber aquas.*

*Ille magis duplēm lateri circumdat amictum,
Turbida summotos quā trahit Aura sinus.*

*Sed tenues radios paullatim crescere Phœbus
Iusserat, ut nimio surgeret igne jubar,
Donc lassa volens requiescere membra viator,
Deposita fessus veste federet humi.*

*Tunc victor docuit praesentia Numinæ Titan,
Nullum praemissis vincere posse minis.*

A sinu pelle Leonis indutus V.

*Metiri se quemque decet, propriisque juvari
Laudibus, alterius nec bona ferre sibi.*

*Ne detracta gravem faciant miracula risum,
Cooperit insolitus cum remanere malis,
Exuvias A sinus Getuli fortè Leonis
Repperit, spoliis induit ora novis,*

*Aptavitque suis incongrua tegmina membris,
Et misérum tanto preßit honore caput.*

*Ast ubi terribilis animo circumstetit horror,
Pigraque prae sumptus venit in ossa vigor:*

*Mitibus ille feris communia pabula calcans,
Turbabat pavidos per sua rura boves.*

*Rusticus hunc magna postquam deprendit ab aure,
Correptum vincis, verberibusque domas.*

Et

AVIENI AESOPICARVM

*Et simul abstracto denudans corpora tergo,
Increpat his miserum vocibus ille pecus:
Forsitan ignotos mutato marmure fallis:
At mibi, ceu quondam, semper Asclus eris.*

Ranae, & Vulpes VI.

*Edita gurgitibus, olimque immersa profundo,
Et luteis tantum semper amica vadis,
Ad superos colles, herboaque prata recurrens
Mulcebat miseris turgida Rana Feras,
Callida quod posset gravibus succurrere morbis,
Et vitam ingenio continuare suo.
Nec se Poeonio jactat cessisse Magistro,
Quamvis perpetuos curet in Orbe Deos.
Tunc Vulpes pecudum ridens astuta quietem,
Verborum vacuam prodidit esse fidem.
Haec dabit aegrotis, inquit, medicamina membris.
Pallida caeruleus cui notatora color?
Ne sibi met quisquam de rebus inaniter ullis,
Quas nequit, imponat, ista Fabella monet.*

Canis, & Rusticus VII.

*Haud facile est pravis innatum mentibus, ut se
Muneribus dignas, suppliciove putent.
Fortè Canis quidam nullis latratibus horrens,
Nec patulis primùm rictibus ora trahens,
Mollia sed pavidae submittens verbera caudae,
Concitus audaci vulnera dente dabat.*

Hunc

Hunc Dominus, ne quem probitas simulata lateret,
 Iussat in rabido gutture ferre nolam.
 Faucibus & nexis crepitantia subligat aera,
 Quae facili motu signa cavenda darent.
 Haec tamen ille sibi credebat munera ferri,
 Et similem turbam despiciebat ovans.
 Tunc insultantem senior de plebe superbum
 Alloquitur, tali singula voce monens:
 Infelix, quae tanta rapit dementia sensum,
 Munera pro meritis si cupis ista dari?
 Non hoc virtutis decus ostentatur in aere:
 Nequitiae testem sed geris inde sonum.

Canelus, & Jupiter VIII.

Contentum propriis Sapientem vivere rebus,
 Nec cupere alterius nostra Fabella monet.
 Indignata citò ne stet Fortuna recursu,
 Atque eadem minuat, quae dedit antè, rota.
 Corporis immensi fertur pecus ipse per auras,
 Et magnum precibus solicitass: Iovem.
 Turpe nimis cunctis, irridendumque videri,
 Insignes geminis cornibus iri boves;
 Se solum nulla munitum parte Camelum,
 Objectum cunctis, expositumque Feris.
 Iupiter arridens, postquam sperata negavit,
 Insuper & magnae sustulit auris onus.
 Vive minor merito, cui sors non sufficit, inquit,
 Et tua perpetuum Livide damna gemit.

Via

Viatores, & Vrsae IX.

Montibus ignotis, curvisque in vallibus arctum

Cum socio quidam suscipiebat iter,

Securus quodcumque malum Fortuna tulisset,

Robore collato posset uterque pati.

Dumque per inceptum vario sermone feruntur,

In mediam praecepit convenit Vrsaviam.

Horum alter faciliter comprehendens robora cursu,

In viridi trepidum fronde pependit onus:

Ille trahens nullo jacuit vestigia gressu,

Exanimem fingens, sponte relitus humi.

Continuò praedam cupiens fera saeva cucurrit,

Et miserum curvis unguibus ante levat:

Verum ubi concreto riguerunt membra timore,

(Nam solitus mentis liquerat ossa calor)

Tuncolidum credens, quamvis jejuna, cadaver

Deserit, lustris conditur Vrsafuis.

Sed cum securi paulatim in verba redissent,

Liberior iusto, qui fuit ante fugax,

Dic, Sodes, quidnam trepido tibi retulit Vrsafuis?

Nam secreta diu, multaque verba dedit.

Magna quide monuit: tamē haec quoq; maxima ius-

Quae misero semper sunt facienda mihi. sit,

Ne facile alterius repetas confortia, dixit,

Rursus ab insano ne capiare Fera.

Eques Calvus X.

*Calvus Eques capiti solitus religare capillos,
 Atque alias nudo vertice ferre comas.
 Ad campum nitidis venit confectus in armis,
 Et facilem fraenis flectere coepit Equum.
 Hujus ab adverso Boreae spiramina perflant,
 Ridiculum, Populo conspiciente, caput.
 Nam mox dejecto nituit frons nuda galero,
 Discolor apposita quae fuit antè coma.
 Ille sagax, tantis quòd risus millibus effet,
 Distulit admota calliditate jocum.
 Quid mirum, referens, positos fugisse capillos,
 Quem priùs aequacvae deseruere comas?
 Ridiculus cuiquam cùm sis, absolvere te-mes
 Opposita Veri cum ratione stude.*

Olla aerea, & lutea XI.

*Eripiens geminas ripis cedentibus Ollas,
 Insanis pariter flumen agebat aquis.
 Sed diversa duas Ars, & Natura creavit,
 Aeræ prior fusa est, altera facta luto.
 Dispar erat fragili, & solidæ concordia motus,
 Incertumque vagus Amnis habebat iter.
 Ne tamen elisam confrigeret Aerea testam,
 Iurabat solitam longius ire viam.
 Illa timens ne quid levibus graviora nocerent,
 Et quia nulla brevi cum meliore Fides.*

AVIENI AEsOPICARVM

Quamvis securam verbis me feceris, inquit,

Non timor ex animo decutiendus erit.

Nam me siue tibi, seu te mibi conferat unda,

Semper ero ambobus subdita sola malis.

Pauperior caveat se se sociare Potenti;

Namque fides illi cum parili melior.

Rusticus, qui Thesarum invenerat XII.

Rusticus impresso molitus vomere Terram,

Thesaurum fulcis profluisse videt.

Mox indigna animo properante reliquit aratra,

Semina compellens ad meliora boves.

Continuò supplex Telluri construit Aram,

Quae sibi depositus sponte dedisset opes.

Hunc Fortuna novis gaudentem provida rebus,

Ammonet indignam se quoque thure dolens.

Nunc inventa meis non profers munera Templis,

Atque alios mavis participare Deos.

Sed cum subrepto fueris tristissimus auro,

Me primam lacrymis sollicitabis inops.

Non me ridenti, sed tristi cernere vultu

Fas erit, vacua sint tibi vota tua.

Vnius accepto peccat grave quisque talento,

Si, quod ad hoc sumfit, imputat hoc alii.

Taurus, & Leo XIII.

Immensum Taurus fugeret cum forte Leonem,

Tatique desertis quaereret antra viis:

Spe-

spelancam reperit, quam tunc hirsutus habebat,
 Ciniphii Ductor qui gregis esse solet.
 Post ubi summissa meditantem irrumpere fronte
 Obvius obliquo serruit ore Caper.
 Tristis abit, longaque fugax de valle locutus;
 Nam timor expulsum jurgia ferre vetat:
 Non te demissis setosum putide barbis,
 Illum, qui superest, consequiturque tremo.
 Nam si discedat, noscet stultiſime quantum
 Discrepet a Tauri viribus Hircus olens.
 Dum cupis illatum tibi met perfolvere damnum,
 Absque tui damno hoc ce caveto fore.

Simia, & Iupiter XIV.

Iupiter in toto quondam quaeſiverat Orbe
 Munera natorum quis meliora daret.
 Certatim ad Regem currit genus omne Ferarum,
 Permīstumque Homini cogitur ire Pecus.
 Sed nec squamigeri defunt ad jurgia Pisces,
 Vel quidquid Volucrum purior aura vēhit.
 Inter quos trepidae ducebant pignora Matres,
 Iudicio tanti discutienda Dei.
 Tunc brevis informem traheret cum Simia Natum,
 Ipsum etiam in risum compulit ire Iovem.
 Hanc tamen ante alias rupit turpissima vocem,
 Dum generis crimen sic abolere cupit.
 Iupiter hoc norit, maneat victoria si quem
 Iudicio superst omnibus iste meo.

AVIENI AEsOPICARVM

*Ergo mos Homini est, quidquid sibi fecerit ipse.
Vile licet maneat, comprobat ipse tamen.
Nolo velis rerum quidquam laudare tuarum,
Alterius nisi sint ore probata prius.*

Grus, & Pavo XV.

*Treiciam Volucrem fertur Iunonius Ales
Communi sociam continuisse cibo.
Namque inter varias fuerat discordia formas,
Magnaque de facilis iurgia lite trahunt.
Quod sibi multimodo fulgerent membra decore,
Caeruleam facerent livida terga Gruem.
Et simul erectae circumdans tegmina caudae,
Sparserat arcanum rursus in Astra jubar.
Ille licet nullo pennarum certet honore,
His tamen insultans vocibus usa datur:
Quamvis innumerus plumas variaverat ordo,
Mersus humi semper florida terga geris.
Ast ego deformi sublimis in Aere penna,
Proxima Sideribus, Numinibusque feror.
Si quadam virtute nites, ne despice quemquam,
Ex alia quadam forsitan ille nitet.*

Quercus, & Arundo XVI.

*Montibus è summis radicibus eruta Quercus
Decidit, insaniturbine vieta Noti.
Quam tumidis subier decurrens alveus undis
Suscepit, et fluvio praecipitante rapit.*

Ve-

Verùm ubi diversis impellit ardua ripis
 Infragiles calamos, grande resedit onus.
 Tunc sic exiguo connectens cespite ramos,
 Miratur liquidis quòd stet Arundo vadis.
 Se quoque tam vasto nec dum confistere trunco,
 Ast illam tenui cortice ferre minas.
 Stridula mox blando respondit Canna susurro,
 Sequè magis tutam debilitate docet.
 Turpidos, inquit, ventos, sacusque procellas
 Despicis, & totis viribus acta ruis.
 Ast ego surgentes paullatim demoror Austros
 Et quamvis levibus provida cedo Notis.
 In tua praeruptus offendit robora Nimbis:
 Motibus Aura meis ludificata perit.
 Haec nos dicta monent, magnis obfistere frustas,
 Paullatimque truces exsuperare minas.

Tigris, & Venator XVII.

Venator jaculis hand irrita vulnera torquens,
 Turbabat rabidas per sua lustra Feras.
 Tunc pavidis audax cupiens succurrere Tigris,
 Verbere commotus jussit adesse minas.
 Ille tamen solito contorquens tela lacerto,
 Nunc tibi qualis eram, nuntius iste refert.
 Et simul emissum transagit viscera ferrum,
 Perstrinxitque citos hasta cruenta pedes.
 Molliter affixum traheret cum saucia telum,
 A trepida fertur Vulpes retenta diu.

Dic,

AVIENI AESOPICARVM
Dic quis ille foret, qui talia vulnera ferret,
Aut ubinam jaculum delituisse agens?
Illa gemens, fractoque loqui vix murmure coepit:
Nam solitas voces ira, dolorque rapit:
Nulla quidem medio convenit in aggere forma,
Quaque oculis olim sit repetenda meis:
Sed crux, & validis in Nos directa lacertis,
Ostendunt aliquem tela fuisse virum.
Bruta licet soleant animalia jure timeri,
Omnibus est illis plus metuendus Homo.

Iuvenci, & Leo XVIII.

Quattuor immensis quondam per prata Iuvencis
Fertur amicitiae tanta fuisse Fides,
Ut simul emissos nullus divelleret error,
Rursus & pastu Turba rediret ovans:
Hos quoque collatis inter se cornibus ingens
Dicitur in silvis pertimuisse Leo,
Dum metus oblatam prohibet tentare rapinam,
Et conjuratos borret adire Boves.
Sed, quamvis audax, fatisque immanior esset,
Taurorum solus viribus impar erat.
Protinus agreditur pravis insistere verbis,
Collisum cupiens dissociare Pecus.
Sed postquam dictis Tauros disjunxi tacerbis,
Invasit miserum, diripuitque Gregem.
Tunc quidam ex ipsis, vitam servare quietam
Qui cupit, ex nostra discere morte potest:

Nœve

Néve citò admotus verbis fallacibus aures
Impleat, aut veterem deferat ante fidem.

Abies, & Dumus XIX.

Horrentes Dumos Abies pulcerrima rifiit,
Cùm facerent formae jurgia magna suæ.
Indignum referens cunctis certamen haberi,
Quos meritis nullus confociaret honor.

Nam mihi deductum surgens in nubila corpus
Verticis erectas tollit in astra comas.

Puppibus & patulis media cum sede locamur,
In me suspensos explicat aura sinus.

At tibi deformem quod dant spineta figuram,
Despectum cuncti preteriere Viri.

Ille refert: nunc laeta quidem bona sola fateris,
Et nostris frueris imperiosa malis.

Sed cùm pulcra minax succidet membra securis,
Quàm velles spinas tunc habuisse meas?

Nemo suæ carnis nimium lactetur honore,
Ne vilis factus post sua damna gemat.

Piscator, & Piscis XX.

Piscator solitus praedam suspendere seta.

Exigui Piscis vile trahebat onus.

Sed postquam superas captum perduxit ad auras,
Atque avido fixum vulnus ab ore tulit:

Parce precor lacrymis supplex ita dixit, obortis:
Nam quanta ex nostro corpore damna feres?

Nunc

AVIENI AEsOPICARVM

Nunc me saxofis Genitrix fecunda sub antris
Fudit, & propriis ludere iubit aquis:
Tolle minas, tenerusque tuis fine crescere Mensis:
Haec tibi me rursum littoris ora dabit.
Protinus immensi depastus cœrula Ponti,
Pinguior ad calamum sponte recurro tuum.
Ille nefas captum referens absolvere Piscem:
Difficiles queritur casibus esse vices.
Nam miserū est, inquit, præsentē amittere prædā,
Stultius & rursum vota diurna sequi.
Incerta pro Spc non munera certa relinque,
Ne rursus quaeras, forte nec inuenias.

Rusticus, & Avis XXI.

Parvula progeniem Terrac mandaverat Ales,
Quà stabat viridi cespite flava seges.
Rusticus hanc fragili cupiens decerpere culmo,
Vicinam supplex forte petebat opem.
Sed vox implumes turbavit credula nidos,
Suaserat & Laribus continuare fugam.
Cautior bos remans prohibet discedere Mater:
Nam, quid ab externis perficietur? ait.
Ille iterum caris operam mandavit amicis:
At Genitrix rursum tutior inde manet.
Sed postquam curvas Dominum comprehendere falces,
Frugibus & veram sensit adesse manum:
Nunc, ait, d miseri dilecta relinquite rura,
Cùm Spem de propriis viribus ille petit.

In-

Invidus, & Avarus XXII.

*Iupiter ambiguas Hominum praedicere mentes,
Ad Terras Phoebum misit ab Arce Poli.
Tunc duo diversis poscebant munera votis:
Namque alter Cupidus, Invidus alter erat.
His se-se medium Titan scrutatus utrumque
Obtulit, & precibus ut peteretur, ait.
Praestabit facilis: nam quaeque rogaverit unus,
Protinus haec alter congeminata feret.
Sed cui longa jecur nequeat satiare cupido,
Distulit admotas in nova dimna preces:
Spem sibi confidens alieno crescere voto,
Seque ratus solum munera ferre duo.
Ille ubi captantem socium sua praemia vidit,
Supplicium proprii corporis optat ovans.
Nam petit extinctus ut lumine degeret uno,
Alter ut hoc duplicans vivat utroque carens.
Tunc sortem sapiens humanam risit Apollo,
Invidiaeque malum rettulit ipse Iovi.
Quae dum proventis aliorum gaudet iniquis,
Laetior infelix & sua damna cupit.*

Statuarius XXIII.

*Vendor insignem referens de marmore Bacchum
Expositum pretio fecerat esse Deum.
Nobilis hunc quidam, funesta in sede sepulcri
Mercari cupiens, compositurus erat.*

AVIENI AESOPICARVM

Alter adoratis ut ferret munera Tempis,
Redderet & sacro debita vota loco:
Nunc, ait, ambiguum facies de mercibus omen,
Cum spes in pretium munera dispar agit.
Et me defunctis seu malis tradere Divis,
Sive decus busti, seu velis esse Deum.
Subdita namque tibi est magni reverentia Fati,
Atque eadem retines funera nostra manu.
Convenit hoc illis, quibus est permissa potestas,
An praestare magis, seu nocuisse velint.

Venator, & Leo XXIV.

Certamen longa protractum lite gerebant
Venator quondam nobilis, atque Leo.
Hi cum perpetuum cuperent in jurgia finem,
Edita continuò fortè sepulcra vident.
Illic docta manus flectentem colla Leonem,
Fecerat in gremio procubuisse viri.
Scilicet affirmans pictura teste superbum
Se fieri: extinctam nam docet esse Feram.
Ille graves oculos ad inania signa retorquens,
Infremit, & rabido pectore verba dedit.
Irritate generis subiit fiducia nostri,
Artificis testem si cupis esse manum:
Quod si nostra novum caperet solertia sensum,
Sculperet ut docili pollice saxa Leo.
Tunc hominē adipiceres oppressum murmure magno,
Conderet ut ravidis ultima Fata genis.

Puer,

Puer, & Fur XXV.

Flens Puer extremam putei consedit ad oram,
 Vana supervacuis rictibus ora trahens.
 Callidus hum lacrymis postquam Fur vidit oburtis,
 Quaenam tristiae, sit modò causa, rogat?
 Ille sibi abrupti fingens discrimina funis,
 Atque auri queritur desluisse cadum.
 Nec mora, sollicitam traxit manus improba vestem,
 Exutus putei protinus ima petit.
 Parvulus exiguo circundans pallia collo,
 Sentibus immersus deluisse datur.
 Sed post fallacis suscepta pericula voti
 Tristior amissa ueste resedit humili.
 Dicitur his solers vocem rupisse querelis,
 Et gemitu summos sollicitasse Deos:
 Perdita quisquis erit, posthac bene pallia credat,
 Qui putat in liquidis quod natet urna vadis.
 Nemo nimis cupidè sic res desideret ullas,
 Ne plus cum cupiat, perdat, id quod habet.

Leo, & Capella XXVI.

Viderat excelsa pascentem rupe Capellam,
 Cominus esuriens cum Leo ferret iter.
 Et prior: Heus, inquit, praeruptis ardua saxis
 Linque, nec hirsutis pascua quaere jugis.
 Sed cytisi croceum per prata virentia florem,
 Et glauca salices, thyma grata pete.

AVIENI AEsOPICARVM

Illa gemens, desiste, precor, fallaciter, inquit,
Securam placidis insimulare dolis.
Vera licet moveas, majora pericula tollas,
Tutamen bis dictis non facis esse fidem.
Nam quamvis rectis constet sententia verbis,
Suspiciat hanc rabidus Consiliator habet.
Ne citius blandis cujusque credito Dictis:
Sed, si sint fidei, respice quid moneant.

Cornix, & Vrna XXXVII.

Ingentem sitiens Cornix adspexerat Vrnam,
Quae minimam fundo continuisset aquam.
Hanc enixa diu planis effundere campis,
Scilicet ut nimiam pelleret inde sitim:
Postquam nulla viam Virtus dedit, admovet omnes
Indignata nova calliditate dolos:
Nam brevis immersis ad crescens sponte lapillis,
Potandi facilis praebuit unda viam.
Viribus haec docuit, quam fit Prudentia major,
Qua coepit Volucris explicuisse opus.

Rusticus, & Iuvencus XXVIII.

Vincla recusanti, dedignanti que Iuvenco
Aspera mordaci subdere colla jugo:
Rusticus obliqua succidens cornua falce,
Credidit insanum defremuisse Pecus.
Cantus immenso cervicem innectit aratro:
Namque erat hic cornu promptior atque pede.
Sci-

Scilicet ut longus prohiberet verbera temo,
 Néve ictus faciles ungula saeva daret.
 Sed postquam irato detractans vincula collo,
 Immeritam vacuo calce fatigat humum:
 Continuò eversam pedibus dispergit arenam
Quam ferus in Domini ora sequentis agit.
 Tunc sic informi squalentes puluere crines
 Discutiens, imo pectore victus ait:
Nimirum exemplum Naturae deerat iniquac,
Quà fieri posse cum ratione nocens.

Satyrus, & Viator XXIX.

Horrida congestis cùm staret Bruma pruinis
 Cunctaque durato stringeret arva gelu:
 Haesit in aduersa membrorum mole Viator,
 Perdit a nam prohibet semita ferre gradum.
 Hunc nemorum custos fertur miseratus in antro
 Exceptum Satyrus continuisse suo.
Quem simul adspiciens ruris miratur alumnus,
 Vimque Homini tantam protinus esse pavet:
 Nam, gelidos artus vitae ut revocaret in usum,
 Afflatas calido solverat ore manus.
 Sed cùm depulso cepisset frigore lactus
 Hospitis eximia sedulitate frui:
 Namque illi agrestem cupiens ostendere vitam,
 Silvarum referens optima quaeque dabat:
 Obtulit & calido plenum cratera Lyaeo,
 Laxet ut infusus frigida membra repor.

Ille

AVIENI AESOPICARVM

Illi ubi serventem labris contingere testam
Horruit: algenti rursus ab ore sufflat.
Obstupuit duplice monstro perterritus hospes,
Et pulsus filius longius ire jubet.
Nolo, sicut, ut nostris unquam successerit antris.
Tam diversa duo, qui simul ore ferat.
Qui bene colloquitur coram; sed postea prave:
Hic erit invisus, bina quod ora gerat.

Rusticus, & Sus XXX.

Vastantem segetes, & pinguia culta ruentem
Liquerat abscissa Rusticus aure Suem,
Ut memor accepti referens monumenta doloris.
Ulterius teneris parceret ille satis.
Rursus in excepti deprehensus crimine campi,
Perdidit indulta e perfidus auris onus.
Nec mora, praedictae segeti caput intulit horrens.
Poena sed indignum congerminata facit.
Tunc Domini captum mensis dedit ille superbis.
In varias epulas plurima frustra secans.
Sed cum consumti Dominus cor quaereret Apri,
Impatiens fertur quod rapuisse cocus:
Rusticus hoc justam verbo compescuit iram,
Affirmans stultum non habuisse Suem.
Nam cur membrorum toties in damnare redisset,
Atque uno demens posset ab hosti capi.
Haec illos descripta monent, qui saepius ausi,
Nunquam peccatis abstinueré manus.

Mus

Mus, & Bos XXXI.

*Ingentem fertur Mus quondam parvus oberrans
 Ausus ab exiguo laedere dente Bovem.
 Verum ubi mordaci confecit vulnera rostro,
 Tutus in anfractus conditur inde suos.
 Ille licet vasta toruum cervice minetur,
 Non tamen iratus, quem petat, ille videt.
 Tunc indignantem justo sermone fatigans,
 Distulit hostiles calliditate minas:
 Non quia magna tibi tribuerunt membra parētes,
 Viribus effectum constituēre tuis.
 Disce tamen brevibus quae sit fiducia Monstris,
 Et faciat quicquid parvula turba cupit.*

Rusticus, & Hercules XXXII.

*Haerentem luteo sub gurgite Rusticus axem
 Liquerat, & nexos ad juga tarda boves.
 Frustra depositis confidens Numinis votis
 Ferre suis rebus, cùm resideret, opem.
 Cui restor summis Tirynthius infit ab Afris:
 (Nam vocat hunc supplex in sua vota Deum)
 Perge laborantes stimulis agitare juvencos,
 Et manibus pigras disce juvare rotas.
 Tunc quoque congressus, majoraque viribus ausus,
 Fac Superos animis conciliare tuis.
 Disce tamen pigris non flecti Numinis votis,
 Praesentesque adhibe, cùm facis ipse, Deos.*

An-

AVIENI AEsOPICARVM

Anser, & Rusticus XXXIII.

*Anser erat cuidam pretioso germine foeta,
Ovaque quae nidis aurea saepè daret.
Fixerat hanc Volucri legem Natura superbae,
Ne liceat pariter munera ferre duo.
Sed Dominus cupidum sperans vanescere votum,
Non tulit exosas in sua lucramoras.
Grande ratus premium Volucris de morte referre,
Qui tam continuo munere dives erat.
Postquam nuda minax egit per viscera ferrum,
Et vacuam solitis foetibus esse videt:
Ingemuit tantae deceptus crimine fraudis.
Nam poenam meritis rettulit inde suis.
Sic qui cuncta Deos uno malè tempore poscunt,
Iustius his etiam vota Divina negant.*

Formica, & Cicada XXXIV.

*Quisquis torpentem passus transire juventam,
Nec timuit vitae providus antè suae:
Confectus senio, postquam gravis adfuit aetas,
Heu, frustrà alterius saepè rogavit opem.
Solibus obreptos Hiemi Formica labores
Distulit, & brevibus condidit antè cavis.
Verùm ubi candentes suscepit Terra pruinias,
Arvaque sub gelido delituere gelu,
Pigra nimis, tantos non aquans corpore nimbos,
In propriis Laribus humida grana legit.*

Dis-

*Discolor hanc precibus supplex alimenta rogabat,
Quae quondam querulo ruperat arva sono.
Se quoque maturas cùm tunderet area messes,
Cantibus aestivos explicuisse dies.
Parvula tunc ridens, sic est affata Cicadam:
(Nam vitam pariter continuare solent)
Mi quoniam summo substantia parta labore est,
Frigoribus mediis otia longa traho.
At tibi saltandi nunc ultima tempora restant,
Cantibus est quoniam Vita peracta prior.*

Simia, & Gnati XXXV.

*Fama est, quod geminum profundens Simia partum,
Dividit in varias pignoranata vices.
Namque unum caro Genitrix eduxit amore,
Alterius odiis exsaturat, i tumet.
Cooperit ut fetam gravior terrere tumultus,
Disimili Gnatos conditione rapit.
Dilectum manibus, vel pectore gestat amico,
Contemtum dorso suscipiente levat.
Sed cùm lassatis nequeat consistere plantis,
Oppositum fugiens sponte relinquit onus.
Alter at hirsuto circundans brachia collo
Haeret, & invita cum Genitrice fugit.
Mox quoque dilecti succedit in oscula fratribus
Servatus, vetulis unicus heres avis.
Sic multos neglecta juvant, atque ordine verso,
Spes humiles rursus in meliora refert.*

AVIENI AEsOPICARVM

Vitulus, & Bos XXXVI.

Pulcer, & intacta Vitulus cervice resultans,
Scindentem aſſiduè viderat arua Bovem.
Ne: pudet, heus, inquit, longae vo vincula collo
Ferre, nec expositis otia noſſe jugis:
Cūm mihi ſubjectas pateat diſcurſus in herbas,
Et nemorum liceat rufus opaca ſequi.
At ſenior, nullam verbiſ compulſus in iram,
Vertebat ſolitam vomere feffus humum,
Donec depoſito per prata licret aratro,
Molliter herboſo procubuiſſe toro.
Mox vitulum ſacris innexum reſpicit Aris,
Admotum cultro cominūs ire prop̄e.
Hanc tibi triftis, ait, dedit indulgentia mortem,
Expertem noſtri quae facit eſſe jugi.
Proderit ergo graves quamvis per ferre labores,
Otia quām tenerum mox peritura pati.
Et Hominum Sors iſta, magis felicibus ut mors:
Sit cita, cūm miſeros vita diurna regat.

Canis, & Leo XXXVII.

Pinguior exhausto Canis occurriſſe Leoni.
Fertur, & in ſertis verba dediſſe jocis.
Nōnne vides dupli ci tendantur ut ilia tergo,
Luxurietque toris nobile pectus? ait.
Proximus humanis ducor poſt otia mensis,
Comunem capiens largius ore cibum;

Sed

Sed quod crassa, malum, circumdat guttura ferrum,
 Ne custodita fas sit abire domo.
At tu magna diu moribundus lustra pererras,
Donec se silvis obvia praeda ferat.
Perge igitur nostris tua subdere colla catenis,
Dum liceat faciles promeruisse dapes.
Protinus ille gravem gemitu collectus in iram,
Atque ferox animi nobile murmur agit.
Vade, ait, E meritis modum cervicibus infer,
Compensentque tuam vincula dura famem.
At mea cum vacuis libertas redditur antris,
Quamvis jejunus qua libet aroa pelo.
Has illis epulas potius laudare memento,
Qui libertatem postposuere gulæ.

Piscis fluviatilis, & marinus XXXVIII.

Dulcibus è stagnis fluvio torrente coactus,
Acquoreas praeceps Piscis obicit aquas.
Illic squamigerum despectans improbus agmen,
Eximum se se nobilitate refert.
Non tulit exemplum patrio de gurgite Phoca,
Verbaque cum salibus asperiora dedit.
Vana laboratis aufer mendacia dictis,
Quaeque refutari te quoque teste valent.
Nam quis erit potior Populo spectante probabo,
Sipariter captos humida lina trahant.
Tunc me nobilior magno mercabitur auro:
Tec simul aere brevi debile Vulgus emet.

AVIENI AEsOPICARVM

*Quisquis ab externis nuper devenerit oris,
Non decet indigenis ut velit esse prior.*

Miles, & Lituus XXXIX.

*Voverat attritus quondam per praelia Miles,
Omnia suppositis ignibus arma dare:
Vel quae victori moriens sibi turba dedisset,
Vel quidquid profugo posset ab hoste capi.
Interea votis Sors adfuit, & memor arma
Cooperat accenso singula ferre rogo.
Tunc Lituus rauco deflectens murmure culpam,
Immeritum flammis se docet esse prius.
Nulla tuos, inquit, petierunt tela lacertos,
Viribus affirmes quae tamen acta meis.
Sed tantum ventis, & cantibus arma coegeri.
Hoc quoque submisso testor & Astra sono.
Ille resultantem flammis crepitantibus addens,
Nunc te maior, ait, poena, dolorque rapit.
Nam licet ipse nihil possit tentare nec ausus,
Saevior hoc, alios quod facis ipse malos.*

Pardus, & Vulpes XL.

*Distinctus maculis, & pulcro pectore Pardus
Inter consimiles ibat in arva Feras.
Et quod nulla graves variarent terga Leones,
Protinus his miserum credidit esse genus.
Cetera ferdenti damnans Animalia vultu,
Sil is in exemplum nobilitatis erat.*

Hunc

Hunc arguta novo gaudentem Vulpes amictu
 Corripit, & vanas approbat esse notas.
 Vade, ait, & pictae nimium confide juventae,
 Dum mihi consilium pulerius esse queat.
 Miremurq; magis quos munera Mensis adornant,
 Quam qui Corporeis enituere bonis.

Nimbus, & Testa XLI.

Impulsus ventis, & pressa nube coactus,
 Ruperat hibernis se gravis Imber aquis.
 Cumque per effusas stagnaret turbine Terras,
 Expositum campis fictile prebit opus.
 Mobile namque lutum tepidus prius instruit Aer,
 Discat ut admoto rectius igne coqui.
 Tunc Nimbus fragilis perquirit nomina Testae.
 Immemor illa sui, Amphora dicor, ait.
 Nunc me docta manus rapiente volumina gyro,
 Molliter obliquum iussit habere latus.
 Hac tenus bac, inquit, liceat constare figura:
 Nam te subjectam diluet Imber aquis.
 Et simul accepto violentius amne fatiscens,
 Pronior intenues victa cucurrit aquas.
 Infelix, quae magna sibi cognomina sumens,
 Ausa pharetratis nubibus ista loqui.
 Haec poterunt miseris post haec exempla minere,
 Subdita nobilibus ut sua Fata gemant.

Lupus, & Hoedus XLII.

Fortè Lupum melior cursu deluserat Hoedus,

Proxima vicinis dum petit arva casis.

Inde fugam recto tendens in moenia cursu,

Inter lanigeros adstitit ille greges.

Impius hunc Raptor mediamque secutus in Urbem,

Tentat compositis sollicitare dolis.

Nónne vides, inquit, cunctis ut victima Templo

Immerita pecudum morte cruentet humum?

Quod nisi securō valeas te reddere campo,

Heu, mibi vittata tu quoque fronte cades.

Ille refert: modò, quam metuis, precor, exue curam,

Et tecum viles, improbe, tolle minas.

Nám sat erit sacrum Divis fudisse cruorem,

Quām rapidi faunes exsaturare Lupi.

Sic quoties duplici subduntur tristia casu;

Expedit insignem promeruisse necem.



EPIGRAMMATA VARIA,

QV AE
 RVFFI FESTI AVIENI
 CIRCVNFERVNTVR
 NOMINE

SIRENUM ALLEGORIA

SIRENES varios cantus Acheloja proles,
 Et solitae miros ore ciere modos:
 Illarum voces, illarum Musa movebat
 Omnia, quae Thymele Carmina dulcis habet.
 Quod tuba, quod litui, quod cornua rauca queruntur,
 Quodque foraminibus tibia mille sonat:
 Quodque leves calami, quod suavis cantat Aëdon,
 Quod lyra, quod cytharae, quod moribudus Olor.
 Illectos Nautas, dulci modulamine vocis,
 Mergebant avidæ fluctibus Ioniis.
 Sanguine Sysphio generatus magnus Ulysses,
 * Hac tutos sola praefitit arte suos
 Illevit cera Sociorum Callidus aures,
 Atque suas vinclis praebuit ipse manus.
 Transfiliit scopulos, hospita littora Clasis:
 Illae praecipites desiluere freto.
 Sic blandas voces, nocituraque Carmina vicit,
 Sic tandem exitio Monstra canora dedit.



R V F

* Ali. XI.
 tutos soli-
 sa.

EPICRAMMATA VARIA.

RVFFVS FESTVS AVIENVS V.C.
FLAVIANO MYRMEICO V.C.
S V O S A L V T E M

Quà venit Ausonias, Austro duce, Poenus ad oras,
Si jam fortè tuus, Lihycarate, misit agellus.
Punica Mala tibi, Tyrrhenum vecta per Aequor;
Quæso aliquid nostris gustatibus inde relaxis.
Sic tua cuncta ratis plenis fecet Aequora velis,
Spumanti cùm longa trahit vestigia sulco,
Romuleique Fari fauces illæsa relinquat.
Sic licet illa ratis quām miserit alta Corinthos
Adria consurgente Nodus, quā prospicit Aestius,
Quāmve suis opibus cumularit Hiberia dives,
Solverit aut Libyco quām laetus Navita Portu.

Sed forsitan quae sint, quae poscā Mala, requiras,
Illa precor mittas spissō quibus arcta cohaeret
Granorum foetura situs, castrisque sedentes,
Ut quaedam turmac socio latus agmine quadrant;
Multiplicemq; trahunt per mutua vellera pallam.
Vnde ligant teneros ex agmine flammea casses;
Tunc ne pressa gravi sub pondere granal liquecant,
Divisere domos, & pondera partibus aequant.

Haec ut, Amice, petam, cogunt fastidia longis
Nata Malis, & quod penitus fellitus amarans
Ora sapor, nil dulce meo finit esse palato.
Horum igitur succo forsitan fastidia solvens
Ad solitas revocer mensis redcuntibus escas.

Nec

Nec tantum miseri videar posse fōr agelli,
 Ut genus hoc arbos nullo mibi floreat horto:
 Nascitur* ex multis onerat sua brachia pomis:
 Sed gravis austерum fert succus ad ora saporem.
 Illa autem Libycas quae se sustollit ad auras,
 Mitescit meliore Solo, Coelique tepentis
 Nutrimenta trahens succo se nectaris implet.

* AL. or.

AVIENVS V.C. AD AMICOS DE AGRO

RVR morans quid agā, respondi paucā, rogatus,
 Manè Deum exoro, famulos * pōst, arvaq; viso: * AL. post
 Partitusq; mei justos indicō labores. arva revi-
 Inde lego, Phoebumq; cito, Musamq; laccesso.
 Tunc oleo corpus fingo, mollique Palaestra
 Stringo libens animo, gaudensq; ac foenore liber.
 Prandeo, poto, cano, ludo, lavo, coeno, quiesco.

jo.



M A D R I D I,

Ex Officina Francisci Martinez.

Anno cIc Ic xxxiv.